SPECIMEN

ALTERVM

INSCRIPTIONVM

COEMETERII

BONONIENSIS



BONONIAE

EX TYPOGRAPHIA IOSEPHI LVCCHESINII

A. MDCCCXV

CAMILLO CERONETTO

DOCTORI THEOLOGO

ECCLESIAM BONONIENSEM

VICE SACRA

ADMINISTRANTI

PHILIPPVS SCHIASSIVS

Quod librum hunc inscriptionum mearum, qui nunc prodit in lucem, tuo exornatum nomine, Vir præclarissime, Tibi sistam, nihil equidem caussæ esse puto, cur vel mireris, vel abnuas. Si enim vel leviter attenderis, nihil fieri accommodatius posse

intelliges. Nam cum ejus generis inscriptionum Specimen primum Viro Eminentissimo Carolo Oppizzonio Cardinali, Archiepiscopo nostro, nuncupaverim, quid aliud erat reliquum, quam ut gravissimam personam Ejus sustinenti Tibi Specimen alterum nuncuparem? Neque vero ex rei, quam offero, tenuitate verendum mihi existimavi, ne minus accepta Tibi futura hæc esset nuncupatio. Cum enim benignitate incredibili, ac plane summa, tantus is Vir, cujus nunc vicem geris, Specimen illud primum exceperit, haud sane dubito, quin Tu benignitate eadem Specimen hoc alterum sis excepturus, nisi virtutes Ejus omnes omnibus in rebus qui æmularis, virtuti huic uni, atque hac una in re deesse velis. Enimvero cum doctrina, prudentia, religio-

nis studio, fortitudine animi, morumque cum integritate, tum comitate præstes, benignitatis item laude (quod expertus affirmo) concedis nemini. Me enim semper singulari quadam humanitate, benevolentiaque complexus es. Accedit librum abs Te repudiari non posse, qui inscriptionem vel sub initium proferat optimi viri patris tui; paternæ autem amissionis recordatio etsi, quæ hominum natura est, accidat luctuosa, Tibi tamen, quæ tua est virtus, cælestia semper spectanti, non sine quadam jucunditate animo tuo obversetur necesse est. Ego vero inscriptionis ejus numquam memini, quin mihi præclara quoque tua in me voluntas subeat, quod illam abs me inter cæteros exarari concupiveris; id quod pergratum equidem habui, atque in hono-

ris loco posui. Quare nuncupationis hujus consilium eo libentius cepi, quod per eam cum veteris existimationis in Te meæ, tum grati etiam animi significationem exhibere aliquam publice possim. Tu illam, quæso, pro more tuo æqui bonique facias.

III. Non. Majas A. MDCCCXV.

AD LECTOREM.

Inscriptionum Cœmeterii nostri, quas ex ejus origine in annum millesimum octingentesimum octavum exaravi, emisi jam Specimen primum: sequebatur, ut quas exinde confeci in annum proximum superiorem, earum Specimen alterum emitterem. At vero facerem ne, an non, vehementer dubitavi, Lector optime. Occurrebant enim non pauca, quæ suspensum, ancipitemque animum tenerent. Nam ex una parte satis intelligebam, quid illud esset, quod ederem; in quo nempe inanitatis plurimum inesset, utilitatis parum, vel potius nihil. Si quid enim elegantiarum in eo sit, id excerptum ab aliis cum fuerit, ab aliis jam parta hæc utilitas, et in publicum derivata est; si quid ex meo penu desumpsi, incomptum agnosco, atque infícetum. Varietatis præterea vix quidquam in his rebus est, aut ne vix quidem; ut earum lectione nihil possit esse insuavius. Itaque de his edendis consilium penitus abjeceram. Sed quæ contra suaderent, non pauca item ex alia parte occurrebant. Erant enim, qui affirmarent, non esse inceptum opus dimittendum; exspectari illud a multis,

efflagitari, jure quodam suo expeti; in harum editione rerum, nisi ingenii mei famæ, periculi nihil subesse præterea; nihil certe, quo quispiam offendi possit, nihil quo detrimenti quidquam capiat; immo potius officinatori huic librario nostro (quandoquidem id palam dicere haud prohibeor) spem lucelli aliquam positam esse; ne auferrem, rogare illum etiam atque etiam. Ego vero me fateor his tandem, ut sæpe alias, permotum esse; vimque mihi ipse facere sentiebam, si qui omnibus semper, quibuscumque rebus potui, morem gerere consueverim, nunc primum ab instituto meo deflectens, tam honesta præsertim petentibus negassem non alia de caussa, quam quod laudem inde me consecuturum nullam providerem; quasi vero ut laudem aucuparer, non ut quæ muneris mei essent, explerem, omnem vitæ meæ, studiorumque rationem instituendam mihi, componendamque censuissem. Sed quid opus est pluribus? Inscriptiones hasce in vulgus prodere constitui. In quarum quidem delectu diligenter præstiti, ne quæpiam abesset, quam quis cupere se ut divulgarem, significaverit. Ex reliquis vero omisi quidem non paucas, quæ cæteroquin omitti debere non videbantur; has tamen omittendas putavi, quod vel inter eas ediderim, quas pro sepulcris, et funeribus nonnullorum bononiensium, et exterorum composui, vel inter eas sim editurus, quas

monumentorum ære incisorum fasciculis in lucem partim prolatis, partim proferendis subjiciam. Ita inscriptionibus aliis locum feci, in quibus quidpiam esset, quo legentibus satietatem, quantum fieri possit, ex aliquantula varietate minuerem; in eumdemque finem nonnulla etiam inter edendum mutavi, addidi, subduxi. Quod an ex sententia cesserit, equidem nescio. Plane enim video, quam sim in his contexendis, nimirum ex tarditate ingenii, infecundus, et μονότονος. *Quibus ingenium est promptum, et ferax, iis, tametsi in ipsissimarum semper enunciandarum rerum necessitate, sententiæ suppetent, dictionesque cum multiplices, tum ab hoc scriptionis genere, rigido mehercle, severoque, minime abhorrentes: ut nihil optabilius videatur, quam ut docti plures, quam hactenus exstiterint, ad ejusmodi inscriptiones pangendas animum adjungant. Ego quidem omnes, quibus per studiorum rationem liceat, ad id hortari non desinam. Quod vero ad me attinet, consilium mihi est alia quædam deinceps aggredi, fortasse utiliora, meis certe viribus magis accommodata; ea scilicet, quæ potius diligentiam postulent, quam ingenium.*

PARTITIO INSCRIPTIONVM.

EPITAPHIA VIRORVM

(I)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
IACOBI · PETRI · F · LAZZARI
HOMINIS · PIISSIMI
QVI
PVERIS · FESTO · QVOQVE · DIE · CONVOCANDIS
ASCETERIVM · AD · CAROLI · ET · AMBROSII
DE · PECVNIA · SVA · PARAVIT
VIXIT · A · LXVIII · OBIIT · XIII · K · FEBR · A · MDCCCVIIII
GERTRVDA · BOLDRINIA · VXOR
CVM · FILIIS · SEX · M · P ·

(II)

☧ ALOISIO · CERONETTO ☧
VIRO · INDVSTRIO · FRVGI · PIENTI
BENIGNISSIMO · IN · AERVMNOSOS
QVIBVS · EGESTAS · PVDORI · EST
VIXIT · A · LXV
OBIIT · EX · INSPERATO · X · K · FEBR · A · MDCCCVIIII
CAMILLVS · CERONETTVS · THEOL ·
ET · SORORES · SEX
PATRI · BENE · MERENTI · INCOMPARABILI

(III)

QVIETI · ET · PIETATI
DOMINICI · IOANNIS · F · TAGLIAVINII
HOMINIS · PVDENTISSIMI · ABSTINENTISSIMI
QVI · AGENS · ANNVM · LXXII
DECESSIT · VI · ID · FEBRVAR · A·M·DCCC·VIIII
ALOISIVS · TAGLIAVINIVS · SAC · DOCT · PHIL ·
SVPREMVM · OFFICIVM · PRAESTITIT
PATRI · CARISSIMO · B · M ·

(IIII)

☧ NICOLAO · ZINIO ☧
HIC·A·PVERITIA·CORPORE·EX·APOPLEXI·CAPTVS
ANIMO·PROMPTO·ET·SOLLERTI·AD·SENECT·VIGVIT
IDEM · PIETATIS · OFFICIA · ENIXE · FECIT
VIX·A·LXXXII·M·V·OB·VIII·K·MART·A·MDCCCVIIII
IOSEPHVS · ET · THERESIA
FRATRI · OPTIMO · P · C ·

(V)

OSSA
PETRI · CVRTI
FIDICINIS
HOMINIS · MORVM · INCORRVPTORVM
VIX · A · XXVI · OB · V · ID · MAIAS · A · MDCCCVIIII
IN · PACE

(VI)

☧ HIC · IACET ☧

ALOISIVS · FABRIVS

MAGISTER · PRIOR · SODALIVM · STIGMATICIANORVM

QVIBVS · ADSIDVITATE · ET · RELIGIONE

EXEMPLO · FVIT

VIXIT · A · LXVIII · M · VIIII · D · XV

DECESSIT · IN · PACE · III · ID · IVNIAS

ANNO · M·D·CCC·VIIII

HH · POS ·

(VII)

PAVLLO · GASPARI · MARANESIO

HOMINI · PROBO · RELIGIOSO

CVIVS · LABORE · ET · INDVSTRIA

DOMVI · EIVS

SVBSTANTIA · OMNIS · COMPARATA · EST

VIXIT · A · LXIIII · M · V · D · XI

OBIIT · XIII · K · AVG · A · MDCCCVIIII

ANNA · VCCELLIA

VXOR

MARIA · MARANESIA · PRADELLIA

ET · ALOISIVS · ET · THERESIA · ET · FRANCISCVS

FILII

MOERENTES · FECERVNT

(VIII)

A ☧ Ω

IGNATIO · FRANCISCI · F · MAGNANIO
IVRISCONSVLTO
COOPTATO · IN COLL · CC · VIRVM
ELECTORVM · REGNI · DOCTORVM
PRAESIDI · PRIMO · IVDICVM
LITIB · APPELLATIONE · INTERPOSITA · DIRIMENDIS
ADLECTO · IN · CONSILIVM · PRINCIPIS · LEGIB · FACIVND ·
E · PROCERIBVS · SECVNDI ORDINIS
EQVITVM · CORONA · FERREA
VIRO
INGENIO · DOCTRINA · ELOQVENTIA · PRAESTANTI
IN · VARIO · REI · PVBLICAE · STATV
MVNERIBVS · ET · HONORIBVS · AMPLISSIMIS
PERFVNCTO
QVI · VIXIT · A · LXVIIII · M · III · D · XIIII
DECESSIT · XIIII · K · SEPTEMBR · A · MDCCCVIIII
ROSALIA · LODIA
DONATARIA · ET · HERES
MARITO · OPTIME · DE · SE · MERITO
PONEND · CVRAVIT

(VIIII)

☧ ANGELO · GANDOLFIO ☧

VIRO · FRVGI

ERVDITIONIS · AMANTISSIMO

QVI · SCILLANAM · SERIEM · NVMMOR · PONTT · MAXX ·

AD · HAEC · VSQVE · TEMPORA · PRODVCTAM

ET · MONETAS · ET · NOMISMATA · OMNIGENA

MVLTO · STVDIO · COMPARAVIT · ORDINAVITQVE

VIXIT · A · LVIIII · M · IIII · D · VIIII

OBIIT · PRID · K · OCTOBR · A · M · DCCC · VIIII

FRANCISCA · SOLIMEIA

VXOR · QVAE · ET · HERES

FECIT · MARITO · DVLCISSIMO · B · M ·

(X)

IOAN · PHILIPPO · MINELLIO

DOMO · BAZZANO

ADOLESCENTI · RARISSIMO

QVI

INGENIO · ET · SVAVITATE · MORVM · PRAESTITIT

CALLIGRAPHIAM · EXIMIE · TENVIT

MATHESI · EA · CONTENTIONE · STVDVIT

VT · VITAE · DISPENDIVM · FECERIT

PARENTES · MOESTISS · P · FILIO · DESIDERATISS ·

VIX · A · XX · OB · XVII · K · DECEMBR · A · MDCCCVIIII

(XI)

ONVPHRIO · PETRONII · F · MVRATORIO
VIRO · INGENII · CELERRIMI
QVI · REM · MERCATORIAM · ET · ARGENTARIAM
APPRIME · CALLVIT
VIX·A·XXXXVII·DEC·VII·ID·DECEMBR·A·MDCCCVIIII
MARIANNA · DVLCINATA
VXOR
CVM · FRANCISCO · LVDOVICO · FAVSTINA
FILIOLIS
MOESTISSIMA · F · C ·

(XII)

FRANCISCO · SANDELLIO
VIRO · HONESTISSIMO
QVI
MVNVS · EXPEDITIONIS · CAVSSAR · CRIMINALIVM
ADCVRANDAE
A · MAIORIBVS · SVIS · PRAESTITVM
ANNOS · AMPLIVS · L · SEDVLO · PEREGIT
VINCTIS · OMNI · PIETATE · OPITVLATVS · EST
VIX ·A · LXXXII ·DEC· VI · K ·DECEMBR ·A· MDCCCVIIII
FILII · FILIAEQVE
ET · NEPOTES · EX · FILIA · PRAEMORTVA
PATRI · ET · AVO · CARISSIMO · POSVERVNT

(XIII)

A ☧ Ω

PASCHALI · ANTINORIO
PHILOSOPHO · MEDICO
CIVIBVS · EXTERISQVE
PROPTER · OPINIONEM · DOCTRINAE
ET · PERITIAE · ARTIS · SVAE
PROBATISSIMO
QVI · DEVM · IMPENSE · COLVIT
FRATRIS · FILIOS · PATRE · ORBOS
DILEXIT · FOVITQVE · VT · SVOS
EGENIS · SVBSIDIVM · ADTVLIT
VIXIT · A · LXXXIII · M · VIIII · D · VIII
DECESSIT · POSTRID · ID · IAN ·
A · MDCCCX
HEIC · SITVS · EST · CVM · FETV
QVEM · A · SE · ADHVC · ADOLESCENTE
MANV · STRENVISSIMA · EXPERIENTISSIMAQ ·
E · MATRE · DEMORTVA · VIVVM · EXTRACTVM
BAPTISMATE · SANCTO · ABLVTVM
ET · POST · MORTEM · EIVS · DOMI · SERVATVM
SECVM · HVMARI · IVSSIT
HEREDES · AB · INTESTATO
POSVERVNT

(XIIII)

☧

PHILIPPO · LIPPARINIO
ARTIFICI · LIGNARIO · OPERIS · VERMICVLATI
HOMINI · OFFICIOSISSIMO
QVI · NIHIL · NON · AMICORVM · CAVSSA
SIBI · PRAESTANDVM · DVXIT
PIVS · VIXIT · A · XXXXII · M · II · D · XX
DECESSIT · XII · K · FEBRVAR · A · MDCCCX
PAVLLVS · LIPPARINIVS
FRATRI · BENEMERENTI · P · C ·

(XV)

☧ HIC · IACET ☧
CAROLVS · INNOCENTII · F · BENTIVOGLIVS
QVI · CAELIBEM · DEDITAMQ · VIRTVTIBVS · VITAM
EGIT · ANNOS · LVIIII
OBIIT · III · K · FEBRVAR · A · M·DCCC·X
IOANNES · BENTIVOGLIVS · SAC ·
FRATRI · OPTIMO
M · P ·

(XVI)

H · B · E ·

HIPPOLYTVS · NICOLAI · F · SCVRIVS · ROMANZIVS
COOPTATVS · IN · COLL · TABELLIONVM
QVI · PIVS · VIXIT · A · LXXII · M · I · D · XV
DECESSIT · XV · K · MARTIAS · A · MDCCCX
DOROTHEA · FABRIA
QVAE · ANTE · MENSES · QVINQVE
MATREM · CONDIDIT
NVNC · HEV · CONDIT · ET · PATREM

(XVII)

IOAN · IOSEPHO · FABRIO
PHILOSOPHO · MEDICO · ANATOMICO
DOCTORI · ARCHIGYMNASII
SODALI · INSTITVTI · MARSILIANI
COOPTATO · IN · COLL · CC · VIRVM
ELECTORVM · REGNI · DOCTORVM
V · VIRO · VALETVDINI · TVENDAE
ET · COEMETERIO FVNDANDO
QVI · VIXIT · A · LIII
OBIIT · VIII · K · MART · A · MDCCCX
ROSA · FAVIER · VXOR
CONSTANTIA · FABRIA · CONTIA · FILIA
FECERVNT · MERENTI

(XVIII)

☧ PLACIDO · CAROLO · CREMONINIO ☧

IVVENI · SVAVISSIMO · RELIGIOSISSIMO

VNIVERSIS · PERACCEPTO

QVI · A · PRIMA · AETATE · PATRE · ORBVS

SIBI · IPSE · MODERATVS

VIRTVTEM·OMN·STVDIOSISSIME·CONSECTATVS·EST

VIXIT · A · XXVI · M · IIII · D · XXI

MOEROR · ET · LVCTVS · SVORVM

DECESSIT · IIII · K · MART · A · M·DCCC·X

VIRGINIA · GARAGNANIA · VXOR

CVM · PAVLLO · FILIO

ET · IACOBVS · CREMONINIVS · SAC · PATRVVS

F · C ·

(XVIIII)

FRANCISCO · IOSEPHI · F ·

CASALGRANDIO · MVRATORIO

ANNOR · XXV

QVI·IN·MORBVM·COMITIALEM·A·PVERO·DELAPSVS

EX · EO · OCCVBVIT · VIII · K · APRIL · A · MDCCCX

BEATRIX · REGAZZIA

VIRGO · CISTERCIENSIS

COENOBII · QVOD · FVIT · AD · LEONARDI

SORORIS · FILIO · CARISSIMO · F ·

(XX)

RICHARDO · GALEATII · F · PEPVLO · V · C ·
QVI
STIRPIS · SVAE · NVMQVAM · IMMEMOR
AVORVM · MAGNIFICENTIAM · PRAE · SE · TVLIT
ADFECTVM · IN · VXOREM · SOBOLEMQVE
ADCVRATIONEM · REI · FAMILIARIS
PRO · DELICIIS · HABVIT
OFFICIORVM · RELIGIONIS · AD · MORTEM · VSQVE
RETINENTISSIMVS · FVIT
NATVS · A · LXXIIII · M · V · D · XXI
MAGNO · PIETATIS · EXEMPLO
EMIGRAVIT · XI · K · MAIAS · A · MDCCCX
CAECILIA · CAVALCA
VIRO · CARISSIMO
CAROLVS · ET · ANNA · ET · THERESIA
PATRI · B · M · CVM · LACRIMIS

(XXI)

ALOISIO · MARIANI · F · PORTOGALLIO
MAGISTRO · OPERARIORVM · AD · AEDIFICIA
QVI · PIVS · VIXIT · A · XXXXI · DEC · X · K · MAIAS · A · MDCCCX
ALOISIA · CHIARIA · VXOR
CVM · MARIA · ET · MARGARITA · FILIAB ·
MOESTISSIMA · POSVIT

(XXII)

A ☧ Ω

ALOISIO · LVCAE · F · VANCINIO
PHARMACOPOLAE · MVLTOS · ANNOS
DEIN · TABELLARIO · AD · MORTEM
VIRO · PROBISSIMO
ACCEPTO · OMNIBVS
QVI · VIXIT · A · LXVI · M · VIII · D · XXII
DECESSIT · XV · K · IVNIAS · A · MDCCCX
MARIANNA · VANCINIA · MALFERRARIA
FILIA
CVM · LACRIMIS

(XXIII)

IOANNI · PETRI · ANTONII · F ·
MANTOVANIO
DOMO · PONTE · LACVS · OBSCVRI
ANNOR · XXXXIIII
QVI · DIVTINO · MORBO · TENTATVS
INANITATE · RER · HVMANAR · COGNITA
CAELESTIBVS · VNICE · INHIAVIT
PIO · EXITV · DECESSIT
III · ID · IVLIAS · A · M · DCCC · X
MARIANNA · MASIA
FECIT · MARITO · CARISSIMO

(XXIIII)

FERDINANDVS · ANDREAE F · BARBAZZIVS
QVI · ET · MANZOLIVS
PATRICIA · NOBILITATE
PIVS · VIXIT · A · LXII · M · IIII · OB · III · K · SEPT · A · MDCCCX
BONE · O · VIATOR · REQVIETEM · SVPERVM · EI · ADPRECARE
QVI · HOC · TE · ROGATVM · TITVLO · SVO · VOLVIT

(XXV)

☧ HIC · SITVS · EST ☧
HIERONYMVS · IOSEPHI · F · BAVOSIVS
NATVS · LOCO · HONESTISSIMO
CVIVS · MAIORES · INDE · A · SAECVLO · XIII
SVMMVM · PATRIAE · MAGISTRATVM · GESSERE
SVBCENTVRIO · COHORTIS · VRBANAE
VIR · PIETATE · IN · SVOS · FIDE · IN · AMICOS · SINGVLARI
VIX · A · XXXXVII · DEC · VI · KAL · OCTOBR · A · MDCCCX
ANTONIOLA · CIVPP
CVM · IOSEPHO · ET · MARIA · FAVSTINA · FILIIS
MOERENS · F · C · MARITO · SVAVISSIMO

(XXVI)

H · S · E · CAIETANVS · CANDIVS
VESPILLO · COEMETERII
PIVS · VIXIT · A · XXXX · OBIIT · PR · N · OCT · A · MDCCCX
CAIETANE · TE · IN · PACE

(XXVII)

A ☧ Ω

PETRO · IVLII · F · TOMASELLIO
ANNOR · LVIII
QVEM · INTRA · HORAS · TRES
SVBITA · MORBI · VIS · ERIPVIT
VII · ID · OCTOBR · A · MDCCCX
ANTONIA · TOMASELLIA
CASV · ACERBISSIMO · EXANIMATA
P · FRATRI · INTEGERRIMO · PIENTISSIMO
CARISSIMO

(XXVIII)

CINERIBVS · ET · PIETATI
IOSEPHI · FRANCISCI · F · PETTINII
DOMO · FLORENTIÆ
QVI · VIXIT · A · LXXXV
DECESSIT · POSTRID · KAL · DECEMBRES
A · MDCCCX
MARIA · RANZANIA
VXOR · P ·
TE ☧ RECIPIAT · IN · PACE
MEQVE · TIBI · PROXIMAM · CITISSIME · FACIAT
DVLCISSIME · MI · MARITE

(XXVIII)

☧ NICOLAO · MANCINIO ☧

DOMO · FERRARIA

ADIVTORI · SVMMO · A · REB · CRIMINALIB ·

XII·VIRVM·LITIB·PRIMA PROVOCATIONE·IVDICAND·

OFFICII · SVI · SCIENTISSIMO

HOMINI · PIO

MARITO · FIDELISSIMO · PATRI · OPTIMO

QVI · VIXIT · A · XXXX

OBIIT · VII · K · IAN · ANNO · M·DCCC·X

BARBARA · BORDONIA · VXOR

POMPEIVS · MANCINIVS · FRATER

CVM · LACRIMIS · POS ·

(XXX)

☧ PHILIPPO · SOLIERIO ☧

VIRO · INTEGRO · BENIGNO · RELIGIOSO

QVI · AGENS · A · LI

DECESSIT · XIII · KAL · FEBRVAR · A · MDCCCXI

HEIC · AD · SEPVLCRVM · FILIAE

GERTRVDA · GENERA · VXOR · ET · FILII · NOVEM

FECIMVS · MOERENTES

MARITO · ET · PATRI · CARISSIMO

CVIVS · NVLLVM · PIETATIS · OFFICIVM

DESIDERAVIMVS

(XXXI)

HANNIBALI · FRANCISCI · SEN · F ·
GVIDOTTO · MEZZAVACCHAE
PATRICIO · AB · AVIS · ET · MAIORIBVS
ADLECTO · INTER · CVBICVLARIOS
DVCIS · PARMENSIVM · FERDINANDI · I
VIRO · A · PIETATE · ET · COMITATE · LAVDATISSIMO
QVI · VIXIT · A · LVI · M · VIIII · D · III
OBIIT · KAL · FEBRVAR · A · MDCCCXI
FRANCISCVS · ET · ALEXANDER
PATRI · CARISS · POSVERE

(XXXII)

☧ HIPPOLYTO · GVIDONIS · F · ☧
CAVAZZONIO · ZANOTTO
COOPT · IN · COLL · TABELLIONVM
PROSCRIBAE · AB · ACTIS · XII · VIRVM
LITIBVS · PRIMA · PROVOCATIONE · IVDICANDIS
HOMINI · PIO · INGENIOSO · FESTIVO
QVI · VIXIT · A · LXIII
DECESSIT · VI · ID · FEBRVAR · A · MDCCCXI
MARIA · FRANCONIA · VXOR
ET · FILII · QVINQVE
MOERENTES · F · C ·
QVO · LOCO · IS · MORIENS · SIBI · DESIGNAVIT

(XXXIII)

☧ PHILIPPO · MAZZOLANIO ☧
DOMO · FOROCORNELII
ADOLESCENTI · INGENII · PROMPTISSIMI
QVI · MVTINAE · INTER · ALVMNOS · REGIOS
ARTI · BELLICAE · ADDISCENDAE · ADLECTVS
SPEM · SVI · MAXIMAM · EXCITAVIT
VIXIT · A · XXI · M · II
OBIIT · XI · K · MARTIAS · A · MDCCCXI
CAROLVS · MAZZOLANIVS · ADV ·
CVM · MARIA · GAMBARINIA · CONIVGE
POSVIT · FILIO · PRIMIGENO
DESIDERATISSIMO

(XXXIIII)

☧

CINERIBVS · ET · PIETATI
PASCHALIS · ANGELI · F · PASSAROTTI
ANNOR · LXXII · MENS · VI · DIER · XXI
QVI · OBIIT · VII · NON · MART · A · MDCCCXI
IOSEPHVS · PASSAROTTVS
FRATRIS · F ·
HONORATVS · TESTAMENTO · EIVS
· F · C ·

(XXXV)

☧ VINCENTIO · SERRAE ☧
MATHEMATICO · HYDRAVLICO · ARCHITECTO
CORPORATO
IVVENI · RARISSIMO
PROPTER·INGENIVM·SCIENTIAM·SVAVITATEM·MORVM
PARENTIBVS · MAGISTRIS · AMICIS
APPRIME · CARO
VIXIT · ANN · XXVI
SVMMO · OMNIVM · MOERORE
OBIIT · VIIII · KAL · APRIL · A · MDCCCXI
CORPVS · REGIVM · SODALIVM · EIVS
OB · MERITA · P · C ·

(XXXVI)

KAROLO · IOSEPHO · ANTONII · F · ROSINIO
TABELLIONI
ADIVTORI · PRAEPOSITI · TABVLARII · PVB ·
HOMINI · PROBATAE · INTEGRITATIS
PIETATISQVE
VIXIT · A · XXXXIIII
DECESSIT · VII · ID · APRIL · AN · MDCCCXI
GERTRVDA · COCCHIA
VXOR · ET · HERES · VSVFRVCTVARIA
MOERENS · F · C ·

(XXXVII)

QVIETI · ET · PIETATI
IOSEPHI · BARTHOLOMAEI · F · LAZZARI
HOMINIS · SOLLERTISSIMI
CVLTVRAM · AGRORVM · APPRIME · DOCTI
QVI · IN · FIDE · PRAESTANDA
ET · IVRE · SVO · CVIQVE · TRIBVENDO
EMINVIT
VIXIT · ANNIS · LXVIIII
DECESSIT · POSTRID · ID · APRIL · A · MDCCCXI
ANNA · SANMARCHIA
MARITO · CARISS · B · M ·

(XXXVIII)

☧

IOANNI · BAPTISTAE · MANDINIO
ARITHMETICO
QVI · HISTORIAM · CALLVIT
LITTERAS · POLITIORES · ADAMAVIT
MVSICAM · COLVIT
HISTRIONIAM·AD·OBLECTAMENTVM·MIRIFICE·FECIT
VIXIT · A · XXXIII · M · VII · D · III
DECESSIT · IIII · KAL · MAIAS · A · MDCCCXI
SODALES · FELICINIANI
CHORAGO · SVO

(XXXVIIII)

ALOISIO · SEBASTIANI · F · BARILLIO
NEGOTIATORI · TEXTILIVM
HOMINI · INTEGRITATIS · INCORRVPTAE
PIETATIS · SINGVLARIS
VIXIT · A · XXXXVII
MORTEM·OBIVIT·ANIMO·AEQVISSIMO·PACATISSIMO
V · ID · MAIAS · A · MDCCCXI
THERESIA · SVTTER
CONIVGI · OPTIMO · BENEMERENTI
AVE · ALOISI · ET · VIVAS · IN · DEO

(XXXX)

☧ HIC · IACET ☧
IOANNES · PEDRELLIVS
HOMO·PIVS·INGENIOSVS·SVAVIS·CARVS·CVIQVE
VIXIT · A · XXX · M · IIII · D · VI
ICTVS · FVLMINE
INGENTI · SVORVM · LVCTV
OBIIT · POST · DIES · TRES
XV · KAL · IVLIAS · A · MDCCCXI
GERTRVDA · ANNA · ZAVAGLIA · VXOR
CVM · QVA · CONIVNCTISSIME · FECIT · A · V
ET · PETRVS · ET · IACOBVS
FRATRES · CONCORDISSIMI · POSVERVNT

(XXXXI)

☧ CINERIBVS · ET · PIETATI ☧
ALOISII · IOANNIS . F ·
CANONICI · CAPRARAE
QVI · VIXIT · A · LVIII
DEC · XVII · K · AVG · A · MDCCCXI
ACHILLES · ET · LAVRENTIVS
CVM · ROMANA · ET · ANNA · SORORIB ·
FRATRI · POSVERE
ALOISI · REQVIESCE

(XXXXII)

IOSEPHO · ANT · F · POLZIO
DOMO · LVCO · IN · AEMILIA
VIRO · REI · MERCATORIAE · PERITISSIMO
PATRIFAMILIAS · PRAESTANTI
DE · PATRIA · ET · AMICIS
STVDIO · OPERA · CONSILIIS
OPTIME · MERITO
QVI · VIXIT · A · LXII
OBIIT · III · NON · AVG · A · MDCCCXI
VINCENTIVS · POLZIVS · SAC ·
ADVOCATVS · IN · FORO · ROMANO
FRATRI · CARISSIMO
MOERENS · POSVIT

(XXXXIII)

H · S · E ·

MELCHIOR · BOSCHIVS
TABELLIO
VIXIT · A · LVI · M · V · D · XVIII
NVMQVAM · ANTEA · IN · MORBVM · IMPLICITVS
AEGROTATIONE · CALCVLORVM · CORREPTVS
OBIIT · VI · ID · AVG · A · MDCCCXI
CIVIS · HOSPESVE
BONAS · EI · PRECES · PRECARE
QVI · SE · TIBI · COMMENDATVM · VOLVIT
ANGELA · ET · THERESIA · ET · MARGARITA
MOERENTES · P · FRATRI · CARISSIMO

(XXXXIIII)

☧ VICTORI · MVTTONIO ☧
DOMO · MEDIOLANO
HOMINI · PIO
QVI · IN · COMPONENDIS · DISSIDIIS
APPRIME · VALVIT
SENEX · IN · SINVM · FILIORVM
BONONIAM · SE · RECEPIT
VIXIT · A · LXXVI · OB · PRID · N · OCT · A · MDCCCXI
FILII · QVINQVE
MOESTISSIMI · POSVERVNT

(XXXXV)

A ☧ Ω

H · S · E ·

BLASIVS · FRANCISCI · F · MARCHESIVS
ALVMNVS . ORPHANOTROPHII
AD · BARTHOLOMAEI · RHENANI
ADOLESCENS · PIVS · MODESTVS · OBSEQVENS
IN · SCHOLIS · PRIMOS · HONORES · MERITVS
VIXIT · A · XVII · M · VIII · D · VIIII
MODERATORIBVS · ET · SODALIBVS · DEFLETVS
OBIIT · III · ID · OCTOBR · A · MDCCCXI

(XXXXVI)

☧ IOSEPHO · MONTIO ☧
ADOLESCENTI
STVDIOSO · LITTERARVM
QVI · DILIGENTIA · VERECVNDIA · INNOCENTIA
CONDISCIPVLIS · PRAESTITIT
VIXIT · A · XVIIII
DECESSIT · III · ID · OCTOBR · A · MDCCCXI
IACOBVS · MONTIVS · ET · AGATHA · GAVARVZZIA
FILIO · OPTIMO
ALOISIVS · ET · CAIETANVS · CVM · ALOISIA · SORORE
FRATRI · CARISSIMO
AVE · SPES · DOMVS · SOLAMENQVE · NOSTRVM

(XXXXVII)

H · S · E ·

MATTHAEVS · IACOBI · F · BIEDA

ANNOR · LXXV

QVI · PIVS · DEC · NON · NOVEMBR · A · MDCCCXI

HVNC · ANTONIA · GVIDIA

MARITVM · OPTIMVM

FRANCISCA · ET MARIA · ET · MARIANNA

PATREM · AMANTISSIMVM

EXPERTAE · SVNT

TITVLVM · CVM · LACRIMIS · POSVERE

(XXXXVIII)

☧ HIC · SITVS · EST ☧

ANTONIVS · MOSER · DE · FILSEK

NAT · VERONAE

DVCTOR · COHORTIVM · MILLIARIAR · SEX

PRAEF · COPIIS · PRAESIDIARIIS · VRBIS · BONONIAE

QVI · REIPVBLICAE · VENETORVM · REGIQVE · NOSTRO

VIRTVTEM · ET · FIDEM · PROBAVIT · SVAM

VIXIT · A · LXVIII

MAGNO · AMICORVM · MOERORE

DECESSIT · XVI · K · IAN · ANNO · MDCCCXII

ANGELA · CICILIAN · VXOR

ET · CLARA · FILIA

MARITO · ET · PATRI · MERITISSIMO

(XXXXVIIII)

DOMINICO · ANDREAE · F · TAGLIAVINIO
HOMINI · ANTIQVAE · INTEGRITATIS
SVAVITATE · ORIS · ET · SERMONIS
ET · ERVDITIONE · HISTORIARVM
OMNIBVS · ACCEPTO
VIX · A · LXIIII · DEC · V · K · IAN · A · MDCCCXI
IACOBVS · CACCIARIVS
AMICO · ET · CONVIVAE · SVAVISSIMO

(L)

☧ BENEDICTO · RINIERIO ☧
AVRIFICI
EXACTORI · AVRI · ARGENTI · AERIS
REGIAE · OFFICINAE · MONETALIS
QVI · PIVS · INTEGER · VIXIT · A · LXVIII
DECESSIT · V · K · IAN · A · MDCCCXI
MARIANNA · SANTINIA · VXOR
IACOBVS CAROLVS · VINCENTIVS · FRANCISCVS · FILI
MARITO · ET . PATRI · BENEMERENTISSIMO · F ·

(LI)

PETRONIO · BAZZANO · CHIRVRGO · DENTARIO
HOMINI · PIENTI · BENEFICO · QVI · V · A · LXXIIII
DECESSIT · IDIB · IAN · A · MDCCCXII · ALEXANDER
BAZZANVS · PATRVO · BENE · MERENTI · POSVIT

d

(LII)

☧ IACOBO · CINTIO ☧
SODALI · PHILARMONICO
INTER · SYMPHONIACOS · AVLAE
REGIS · SAXON · FRIDERICI
ANNOS · XX · ADNVMERATO
OB · EXCELLENTIAM · CANTVS
DOMI · FORISQ · PLVRIMAM · LAVDEM · INDEPTO
VIXIT · A · LX
HONESTVS · COMIS · LIBERALIS
AMANTISSIMVS · SVORVM
DECESSIT · III · K · FEBRVAR · A · MDCCCXII
MARIANVS · CINTIVS
FRATRI · CARISSIMO · POSVIT

(LIII)

H · S · E ·

THOMAS · LAMBERTINIVS
HOMO · PIENTISSIMVS
QVI · SACRA · PIACVLARIA · COEMETERII
ADSIDVE · FREQVENTAVIT
VTIQVE · ALII · FREQVENTARENT
OMNI · OPERA · SATEGIT
VIXIT · A · LXXVI
DECESSIT · IIII · ID · FEBR · A · MDCCCXII

(LIIII)

A ☧ Ω

BALTASSARI · ANTONII · COM · F ·
CARRATO
ADLECTO · INTER · TABELLIONES · NOBB ·
DOCTORI · PALAEOGRAPHIAE · ET · DIPLOMATICES
IN · ARCHIGYMNASIO
HISTORIAE · PATRIAE · ET · GENESEOS · FAMILIARVM
PERITISSIMO.
QVI · AB · ADOLESCENTIA · AD · EXTREMAM · AETATEM
IN · MONVMENTIS
INVESTIGANDIS · COLLIGENDIS · COMMVNICANDIS
AD · PVBLICAM · PRIVATAM · Q · VTILITATEM
ADSIDVAM · NAVAVIT · OPERAM
MAGISTRATIBVS · ET · MVNERIBVS · AMPLISSIMIS
SANCTE · PERFVNCTVS · EST
PIVS · INTEGER · OFFICIOSVS
ACCEPTVS · CIVIBVS · EXTERIS · Q ·
VIXIT · A · LXXVI · M · IIII · D · XXVII
EXPLORATIONE · TABVLARIORVM
DIVTVRNIS · Q · VIGILIIS · ATTRITVS
OBIIT · XIII · KAL · MARTIAS · A · MDCCCXII
IOSEPHVS · HADRIANVS · CARRATVS
FRATRIS · F · ET · HERES
PATRVO · OPTIMO · CARISSIMO

(LV)

A ☧ Ω

HIC · SITVS · EST · EX · TEST ·
VINCENTIVS · NICOLAI · F · ZANCHETTVS
EQVESTRI · NOBILITATE
TRIBVNVS · COHORTIVM · VRBANARVM
VIR · PIETATE · PRVDENTIA · COMITATE
PROBATVS · VNIVERSIS
VIXIT · ANN · LXXII
DECESSIT · V · EID · MAIAS
A · MDCCCXII

(LVI)

H · S · E ·
IOAN · PETRVS · PETRI · PAVLLI · F ·
MOLINELLIVS
MEDICVS · CHIRVRGVS
DOCTOR · DECVRIALIS · ARCHIGYMNASII
ARCHIATROS · VALETVDINARII · MAIORIS
SODALIS · BENEDICTINVS
VIR · INGENIO · ACRI
FACVNDIA · PERRARA
MANV · STABILI · APTISSIMAQVE
VIXIT · A · LXIII
DECESSIT · IIII · N · MAIAS · A · MDCCCXII

(LVII)

☧

ARCHANGELO · ANTONII · F · PARISINIO
ANNOR · XXXXI
HOMINI · INGENII · PERELEGANTIS
QVI · ARTEM · SACRARVM · AEDIVM
SERICIS · ET · PEGMATIBVS · EXORNANDARVM
MIRA · PRAESTANTIA · FECIT
OBIIT · REPENTINO · XVII · K · IVL · A · MDCCCXII
MARIANNA · PASIA · ET · ROSA · PARISINIA
MOESTISSIMAE · POSVERVNT
MARITO · ET · FRATRI · CARISSIMO

(LVIII)

A ☧ Ω

FRANCISCO · CAIETANI · F · FRANCIAE
CVRATORI · REI · SVBSIDIARIAE · CIVIVM · EGENOR ·
VIRO · PIISSIMO · ABSTINENTISSIMO
PROBATISSIMO · CVIQVE
VIXIT · A · LXXII · M · XI · D · II
DECESSIT · XVII · K · QVINT · A · MDCCCXII
IOSEPHVS · MED · ET · CAIETANVS
CVM · ELISABETHA · ET · MARIANNA · ET · GERTRVDA
FECERVNT · PATRI · B · M · INCOMPARABILI
AVE · ET · VALE · IN · PACE

(LVIIII)

H · S · E · PIVS · PANFILIVS
DOMO · FIRMO · QVI · ET · BONONIENSIS
SODALIS · CLEMENTINVS
SODALIS · REGIVS · BONIS · ARTIB · EXCOLEND ·
PICTOR·ET·SCALPTOR·LINEARIS·ARCHITECTONICVS
CVIVS·SCHEMATA·IVVENTVTI·MAGNO·VSVI·FVERE
VIXIT · A · LXXXVIIII · D · XI
VIR DOLI·NESCIVS·INTEGERRIMVS·RELIGIOSISSIMVS
DECESSIT · XV · K · IVL · A · MDCCCXII
ANGELVS · CERMASIVS · ET · PHILIPPVS · MORESCHIVS
CVRATORES · TESTAMENTI · POSVERE

(LX)

DOMINICO · MARIAE · BETTINIO
COOPT·IN·COLL·ELECTORVM·REGNI·NEGOTIATORVM
ET· IN · CONSILIVM · PRAEF · REGIONIS · ET· MVNICIP·
OMNIBVS· MVNERIB· ET· HONORIB· NAVITER· FVNCTO
VIRO · INGENIOSO · IMPIGRO · FRVGI
QVI·DECESSIT·VIIII·K·AVG·A· MDCCCXII· NAT·A·LXIII
MARIA · GADANIA
ET · BETTINII · FRATRES
CAIETANVS·ADV· ET· CAROLVS· CVM· SORORIB ·TRIB ·
ET · Θ · IOSEPHI · MED · FRATRIS · FILIIS · DVOB·
MARITO · ET · PATRI · FEC ·

(LXI)

☧

IOSEPHO · PAOLINIO
DOCTORI · LEGVM · CAVSSIDICO
VIRO · PIO · INTEGRO · PRVDENTI · BENIGNO
CONIVGI · FIDELISSIMO · AMANTISSIMO
QVI · PROLE · CARENS · SVA
FRATRIS · FILIVM · EIVSQVE · NATOS
PATERNO · ADFECTV · COMPLEXVS · EST
VIXIT · A · LXXXIII · M · XI · D · XXVII
DECESSIT · XVI · K · SEPTEMBR · A · MDCCCXII
IOAN · BAPTISTA · PAOLINIVS
CVM · MARIA · MINGHETTIA
VXORE
MOERENS · P · PATRVO · OPTIME · DE · SE · MERITO

(LXII)

A ☧ Ω

PAVLLO · NEGRIO
DOMO · FORO · CORNELII
VIRO · INDVSTRIO · AMANTISSIMO · FILIORVM
INTER · QVOS · PATRIMONIVM · VIVVS · DISPERTIVIT
NATVS · A · LXVIIII · M · VIII · D · II
PIVS · DECESSIT · VI · KAL · OCTOBR · A · MDCCCXII
FILII · SEX · FEC · PATRI · BENEMERENTISSIMO

(LXIII)

CAESARI · CAMILLO · ZANETTO
POSTREMO · GENTIS · FALLOPPIAE
DOCTORI · IVRIS · SACRI · ET · CIVILIS
DOCTORI · EMERITO · ARCHIGYMNASII
TABELLIONI
AB · ACTIS · SENATVS
CVI · ANN · AMPLIVS · LIII · OPERAM · FECIT · ACCEPTISS ·
VIRO · RELIGIOSISSIMO · OFFICIOSISSIMO
VIX · A · LXXXXII · DEC · III · N · DEC · A . MDCCCXII
ANTONIVS · SANTAGATA · MED · H · EX · TEST ·

(LXIIII)

☧ LAVRENTIO · GIBELLIO ☧
MAGISTRO · MVSICES · MAGISTRO · CANTVS · LYCEI · MVNIC ·
QVEM · COLL · PHILARMONICORVM
PRAEFECTVRA · PLVRIES · HONORAVIT
IVDICEM · PERP · ADSCIVIT
VITA · FVNCTVM
FVNERE · CONCENTIB · EIVS · CELEBRATO
PROSEQVVTVS · EST
VIXIT · A · LXXXXII · M · X · D · VIIII
PIVS · BENEFICVS · SVAVIS
DECESSIT · V · NON · OCTOBR · A · MDCCCXII
GERTRVDA · GIBELLIA · FORNASARIA · PATRI · OPTIMO

(LXV)

☧

FRANCISCO · IOANNIS · PAVLLI · F · FABRIO
TABELLIONI
SCRIBAE · AB · ACTIS · PRAETORIS · GVILIAE · LVCIQVE
IRENARCHAE · REGIONIS · SECVNDAE · VRBIS · N ·
AMATORI · IVSTITIAE · CVLTORI · PIETATIS
QVI · VIXIT · A · XXXXIII · M · III · D · XXV
DECESSIT · IIII · ID · FEBRVAR · A · MDCCCXIII
ANNA . LANFRANCHINIA
TVTRIX · CAESARIS · ET · CLOTILDAE · FILIORVM
MARITO · DESIDERATISSIMO
F · CVM · LACRIMIS

(LXVI)

PHILIPPO · VINCENTII · F · LINIO
SVBCENTVRIONI · IN · LEG · ITAL ·
EXERCITVS · REGIS · GALLIAR ·
CENTVRIONI . COHORTIS . VRBANAE
CENTVRIONI · MILITVM · PRAESIDIARIOR · PONT · MAX ·
VIXIT · A · LXXVII
DECESSIT · VII · KAL · MART · A · MDCCCXIII
ANGELVS · ARCANGELIVS
SOCER · ET · DONATARIVS
F · C ·

(LXVII)

VICTORIO · MARIO · BENEZETO
NAT · GALL ·
QVEM·PVERVM·TVMVLTV·CIVILI·ORBVM·PARENTIB·
A · RAIMVNDO · BENEZETO
EXCEPTVM·DEQVE·SVO·NOMINE·APPELLATVM
MIHIQVE · TRADITVM
NON · SECVS · DILEXI · AC · FILIVM
PROPTER · INGENIVM · EIVS · MITE · OBSEQVENS
LIBERALI · INSTITVTIONI · ACCOMMODATVM
VIXIT · A · XX
DECESSIT · III · NON · MART · A · MDCCCXIII
LAVRENTIVS · PAVLLVS · CARCASSONVS
ALVMNO · CARISSIMO · POSVI

(LXVIII)

IOAN · BAPTISTAE · DOMINICI · F · MANARESIO
DOMO · FOROCORNELII
NEGOTIATORI
HOMINI · MORVM · INTEGERRIMORVM
QVI · FILIAM · ET · NEPOTES · IMPENSE · DILEXIT
RE · FAMILIARI · MVNIVIT · AVXIT
PIVS · VIX · A · LXX · DEC · V · ID · MART · A · MDCCCXIII
IACOBA · MALDINIA · ET · FILII · SEX
PATRI · ET · AVO · BENEMERENTISSIMO

(LXVIIII)

DOMINICO·IOAN·LAVRENTII·F·MAGAGNOLIO
CALCVLATORI
QVEM · PERITIA · RATIONVM · SVPPVTANDARVM
ET · ARTIS · SVAE · TRADENDAE
INLVSTREM · REDDIDIT
VIXIT · A · LXXII · M · II · D · VIIII
OFFICIORVM · OMNIVM · SERVANTISSIMVS
DECESSIT · PRID · ID · MART · A · MDCCCXIII
ALOISIVS · MAGAGNOLIVS · DOCT · I · V · CVRIO
ET · ANNA · MAGAGNOLIA · RENOLIA
FRATRI · ET · PATRI · CARISSIMO · FECERE

(LXX)

ANT · ROCHO · IOSEPHI · F · MELLINIO
QVI · IN · COMITIIS · LVGDVNENSIBVS
INTER · ELECTORES · REGNI · NEGOTIATORES
ABSENS · ADLECTVS · EST
VIR · PIETATE · IN · DEVM
MISERATIONE · IN · AERVMNOSOS
ADFECTV · IN · SVOS
COMMEMORABILI
AGENS · A · LXII · DEC · VII · ID · APR · A · MDCCCXIII
GEORGIVS · MELLINIVS
FRATRI · CONCORDISSIMO · M · P · C ·

(LXXI)

A ☧ Ω

IOANNI · DOMINICO · IACOBI · F ·
ATTIO
DOCTORI · LEGVM
QVI
ARTIFICVM · ET · AGRICOLARVM · LABORES
PECVNIA · SVA · ALVIT
VIXIT · A · XXXVIIII
DECESSIT · PRID . KAL · MAIAS
A · MDCCCXIII
HEREDES · POSVERVNT

(LXXII)

☧

VBALDO · IGNATII · F · ROVATTO
VIRO · MORVM · ANTIQVORVM
QVEM · RELIGIO · ET · INTEGRITAS
BONIS · OMNIBVS · COMMENDAVERVNT
VIXIT · A · LXXVIIII
DECESSIT · POSTRID · NON · IVN · A · MDCCCXIII
IGNATIVS · TAB · ET · PETRONIVS · ADV ·
CVM · IVLIA · ET · MAGDALENA
SORORIBVS
FECERVNT · PATRI · CARISSIMO

(LXXIII)

☧

IOAN · BAPTISTAE · IACOBO · MARIAE
SEBASTIANO · CATTANEO · DE · VOLTA
DOMO · GENVA · GENTE · PATRICIA
IVVENI · INGENII · CELERIS · APTI · AD · ARTES · OPTIMAS
INDOLIS · SVAVISSIMAE · MORVM · SANCTISSIMORVM
QVI
AB · INEVNTE · AETATE · VITIA · PEROSVS
RERVM · HVMANARVM · SVIQVE · CONTEMPTOR
VIRTVTES · OMNES · PIETATEMQ · IN · PRIMIS
ENIXE · ADAMAVIT · AD · MORTEM · VSQ · EXCOLVIT
VIXIT · A · XXV · M · V · D · XXVI
POST · MENSES · AMPLIVS · TRES
VARIA · ET · PERMOLESTA · AEGROTATIONE
CONFLICTATVS
BEATITATI · CAELESTIVM · VNICE · INHIANS
AEQVO · CONSTANTIQVE · ANIMO · EMIGRAVIT
VIIII . KAL · AVG · A . MDCCCXIII
NICOLAVS · MARIA · CATTANEVS · DE · VOLTA · PINELLIVS
ET · ANNA · MARIA · OCTAVIA · BRIGNOLE
PARENTES · MOESTISSIMI
FILIO · VNICO
A · QVO · NIHIL · VMQVAM · DOLVERVNT
NISI . QVVM · DECESSIT

(LXXIIII)

IOANNI · DONATO · ADV · EQ ·

DOMO · CENTO

A · PIO · VI · P · M ·

SVFFECTO · VICE · SACRA · IVDICANTI

PRAES · XIIII · VIRVM · APPELLATIONIB · COGNOSCEND ·

IN · REGIONIB · CISPADANIS

VIRO · PIO · FRVGI · ABSTINENTI · BENEFICO

VIXIT · A · LXIII

DECESSIT · V · ID · SEPTEMBR · A · MDCCCXIII

IACOBVS · DONATVS · CAN ·

ET · ELISABETHA · DONATA · BARBIERIA

FRATRI · CARISSIMO · OPTIME · DE · SE · MERITO

(LXXV)

A ☧ Ω

IOSEPHO · MAGAGNOLIO

ANNOR · LXV

ARKARIO · NEOCOROR · AD · IAC · ET · PHIL ·

QVEM · PIETAS · ET · INTEGRITAS · CONFORMAVERVNT

DECESSIT · IN · PACE · VIII · K · NOVEMBR ·

A · MDCCCXIII

MARIA · MAGAGNOLIA

FILIA · ET · HERES

CVM · LACRIMIS · F · C ·

(LXXVI)

IOANNI · PAVLLO · IACOBI · F · GANDOLFIO
SVBCENTVRIONI · IN · EXERCITV · ITALICO
QVI · REDVX · AB · EXPEDITIONE · RVTHENICA
MORBO · COMITIALI · EX · LABORIB · CONTRACTO
DEC · PRID · N · NOV · A · MDCCCXIII · NATVS · A · XXVIII
CAIETANVS · GANDOLFIVS · MED ·
FRATRI · CARISSIMO
A · MATHESI · ET · GRAPHICE · ERVDITO
INDOLIS · OPTIMAE · FIDEI · INCORRVPTAE
STRENVO · LIBERALI · P · C ·

(LXXVII)

IGNATIO · IOSEPHI · F · MORESCHIO
ADOLESCENTI · ANNOR · XVIII
STVDIOSISSIMO · POESEOS · LATINAE · ITALICAEQVE ·
ET · VNIVERSAE · POLITIORIS · HVMANITATIS
QVI · FEBRI · HECTICA · ABSVMPTVS
IMMOBILI · PIETATE · ET · CONSTANTIA · DEC ·
IDIB · NOVEMBRIB · A · · MDCCCXIII
MARIA · SABBIONIA
NVPERRIMA · AMISSIONE
BEATRICIS · FILIAE · SVAE · SORORIS · EIVS
INFELIX
P · FILIO · REVERENTISSIMO

(LXXVIII)

IOSEPHO • BELLVZZIO • ANNOR • LXXXX • M • I • D • XXII
QVI • LONGAEVITATEM • RELIGIONE • ET • BENEFICENTIA
IN • EGENOS • AEQVAVIT • DEC • POSTRID • ID • NOVEMBR •
A • MDCCCXIII • IOANNA • LOTTIA • FECIT • MARITO
CVM • QVO • VIXIT • ANNIS • XXXXVII • SINE • IVRGIO

(LXXVIIII)

A ☧ Ω

LVDOVICO • FRIDERICI • F • FORESTIO
DOMO • BERGOMO • CIVITATE • BONONIENSI
VIRO • DISCIPLINIS • LITTERIS • Q • PERERVDITO
ITALICI • NOMINIS • GLORIAE • IN • EXEMPL • STVDIOSO
IN • DEVM • PARENTES • PATRIAM • PIENTISSIMO
VIXIT • A • XXXVII • M • XI • D • I
IN • SECVNDIS • TEMPERATVS • IN • ADVERSIS • CONSTANS
INTEGERRIMVS • COMIS • FIDISSIMVS • AMICIS
VEL • INFENSIS • BENIGNVS
DIVTINO • MORBO • FORTITER • TOLERATO
SANCTO • EXITV • DEC • XI • K • IAN • A • MDCCCXIII
AVRELIA • GVIDIA
VXOR • ET • TVTRIX • TEST • FILII • VNICI
D • S • F • CVM • LACRIMIS • MARITO • OPT • AMANTISS •
QVEM • SIBI • SVPERSTITEM • ESSE
HEV • PERPERAM • IN • VOTIS • SEMPER • HABVIT

(LXXX)

☧ CAMILLO · ANTONII · F · ROSAE ☧
SCRIBAE · SENATVS · A · MANDATIS
PRAEP·REI·ADMINISTRAND·VALETVDINARI·MAIORIS
QVI·VIX·A·LXVII·DEC·VII·ID·IAN·A·MDCCCXIIII
ANTONIVS · ROSA · FILIVS · TRIMVS
FECIT · PER · IOSEPHVM · LOLLINIVM
CVRATOREM·TEST·ET·CONSVLTOREM·TVTORIVM

(LXXXI)

ANT · IOSEPHO · TESTAE
DOMO · FERRARIA
MEDICO
SODALI · INSTITVTI · ITALICI
PRAEP · LYCEIS · ET · GYMNASIIS · ORDINANDIS
DOCTORI · CLINICES · IN · ARCHIGYMNASIO
ADLECTO · OB · HONOREM · INTER · SODALES · REGIOS
BONIS · ARTIBVS · EXCOLENDIS
VIRO · IN · EXEMPLVM · PIO
MEDICINAE·FACIENDAE·TRADENDAE·Q·SCIENTISS·
SCRIPTIS · POSTERITATI · CONSIGNATIS
APPRIME · CLARO
QVI·VIX·A·LVIII·DEC·IIII·K·FEBR·A·MDCCCXIIII
MARIA · FELICIA · TVTRIX · FILIOR · DVOR ·
MARITO · OPTIMO · INCOMPARABILI

f

(LXXXII)

☧ PHILIPPVS · SOCINIVS ☧
HIC · SITVS · EST
VIR · FRVGALISSIMVS
QVI · E · PAVCA · RE · CENSVM · SATIS · LAVTVM
FILIIS · COMPARAVIT
VIXIT · A · LXV
DECESSIT · K · FEBRVAR · A · MDCCCXIIII
SOCINII · FRATRES
CAROLVS · DOMINICVS · IOSEPHVS · MARIANVS
CVM · MARIA · ET · ANNA · SORORIB ·
PATRI · BENE · MERENTI

(LXXXIII)

H · S · E ·
IOANNES · CATTOIA
SVTOR · MILES · PVRGATOR · FRVMENTARIVS
VIR·SINGVLARIS·ET·PRAESTANTISSIMAE·VIRTVTIS
QVI·IN·RER·CAELEST·CONTEMPLAT·TOTVS·FVIT
SACRAMENTVM·AVG·MENTE·SEMPER·DEFIXA·COLVIT
BIBL·SANCT·SVPRA·MODVM·ILLITERATI·ARRIPVIT
PERDITOS·HOMINES·AD·BONAM·FRVGEM·REVOCAVIT
VIXIT · A · LX · M · VIII · D · XVIII
DECESSIT·EXITV·SANCTISSIMO·VII·ID·FEBRVAR·
A · M·DCCC·XIIII

(LXX XIIII)

ALOISIO · IOANNIS · BAPT · F · GHINIO
HOMINI · RELIGIOSISSIMO
QVI·SACRAMENTVM·AVG·AD·ALTARE·PROPOSITVM
IN · DIES · SINGVLOS · VENERATVS · EST
INTEGRITATE · MORVM · FESTIVITATE · SERMONIS
ACCEPTVS · OMNIBVS · FVIT
APOPLEXI · CORREPTVS · IN · VIA
INTER · MANVS · VXORIS · ANIMAM . EFFLAVIT
VIXIT · A · LXII · DEC · XII · KAL · MART · A · MDCCCXIIII
FRANCISCVS · GHINIVS · SAC ·
ET · THERESIA · RIVANIA
FRATRI · ET · MARITO . CVM · LACRIMIS

(LXXXV)

PROSPERO · PETRONII · F · PEDRAZZIO
SODALI · PHILARMONICO
ÇANTORI · SCENICO · PERITISSIMO
A · VIRIS · PRINCIPIB · PER . EVROPAM · HONORATO
VIXIT · A . XXXVIII · M · VIII
DECESSIT · PRID · KAL · MARTIAS · A · MDCCCXIIII
THERESIA · MELIA
MARITO · CARISSIMO
POMPEIVS · PEDRAZZIVS · CVM · SORORIB · QVATVOR
FRATRI · BENEMERENTI

(LXXXVI)

FRANC · XAVERIO · IOSEPHI · F · DOSIO
CALLIGRAPHO · ET · ARITHMETICO
VIRO · SEDVLO · INDVSTRIO · LABORIOSO · MODESTO
QVEM · DISCIPVLI · HABVERVNT · MAGISTRVM
ARTIS · ET · VIRTVTVM · EIVS
VIX · A · LXXXI · DEC · V · ID · MART · A · MDCCCXIIII
ANNA · GVENZIA · CVM · FILIIS · SEPTEM
MOERENS · POSVIT · MARITO · DILECTISSIMO
PATRIFAMILIAS · INCOMPARABILI

(LXXXVII)

PETRONIO · FONTANAE · ANNOR · XXXVIIII · M · II
QVI · OMNIVM · PROCERRIMVS · FVIT
APOPLEX · CAPTVS · TRIDVO · OB · V · ID · APR · A · MDCCCXIIII
IOANNES · IOSEPHVS · IACOBVS · FRATRI · POSVERVNT

(LXXXVIII)

☧ IOSEPHO · ZINIO ☧
HOMINI · INGENII · SVAVISSIMI
CVIVS · MAGNA · FVIT · RELIGIO
IN · SACRAMENTVM · AVG · ET · PIOS · MANES
VIX · A · LXXV · DEC · V · ID · APR · A · MDCCCXIIII
DORALYCE · BARBIERIA · VXOR
ET · THERESIA · ZINIA · SOROR
MOERENTES

(LXXXVIIII)

☧ OSSA ☧

IOANNIS · BAPTISTAE · COLLI
DOCTORIS · LEGVM · IRENARCHAE
VIRI · PII · ABSTINENTIS
AD · CONCILIANDOS · ANIMOS · MIRE · APTI
VIXIT · A · XXXIIII · M · II · D · VII
MORBVM · QVADRIMESTR · TVLIT · SINE · QVESTV
DOLOREM · SVORVM · SOLATVS · EST
DECESSIT · III · KAL · IVN · A · MDCCCXIIII
RELICTIS · PATRE · VXORE · FILIIS
EX · AMISSIONE · TAM · CARI · CAPITIS · INFELICISSIMIS

(LXXXX)

AVE · CAESAR · ET VALE
CAESARI · ANDREAE · F · MORESCHIO
PRAEP · TABVLARIOR · PROCVRATORIS · REGII
AD · COLL · IVDICVM
LITIB · PRIMA · PROVOCATIONE · DIRIMEND ·
QVI · PIVS · VIXIT · A · XXXV
DIVTVRNA · AEGROTATIONE · STRENVE · EXHAVSTA
DEC · III · N · IVN · A · MDCCCXIIII
ANNA · GIOVAGNONIA
CVM · FRATRIBVS · SORORIBVS · Q · EIVS
FILIO · CARISSIMO · F · C ·

(LXXXXI)

☧

HIC · SITVS · EST

PETRVS · VINCENTII · F · BENEDETTIVS

QVI · ET · SARTORINIVS

DOMO · ROMA

CANTOR · SCENICVS

HIC · PRAESTANTIAM · ARTIS · SVAE

LATE · PER · EVROPAM · CONCELEBRATAM

INNOCENTIAE · ET · SANCTITATI · VITAE

RARISSIMO · EXEMPLO

CONSOCIAVIT

IDEM · MODESTISSIMVS · MITISSIMVSQVE

IN · SVOS · EXIMIA · LIBERALITATE · PIISSIMVS

PRECIBVS · FVNDENDIS · ADSIDVVS

SANCTIS · DE · ALTARI · LIBANDIS · CREBERRIMVS

AEGROTATIONES · PLVRES · AERVMNASQVE

AEQVISSIMO · ET · INVICTO · ANIMO

PERPESSVS

VIXIT · A · LXIII

MAGNO . EGENORVM · BONORVMQ · OMNIVM · MOERORE

DECESSIT · POSTRID · ID · IVNIAS

ANNO · MDCCCXIIII

IN · PACE

(LXXXXII)

A ☧ Ω

IOSEPHO · NADIO
ARCHITECTO
SODALI · REGIO · BONIS · ARTIB · EXCOLEND ·
VIRO · INGENII · EXCELLENTIS
QVI
ROMAE · COMMORATVS
MONVMENTORVM · VETERVM · ARTIFICIVM
ADSIDVO · PLVRIVM · ANNOR · STVDIO
COMPLEXVS · EST
REDVX · IN · PATRIAM
LABORVM · FRVCTVM · VBERRIMVM
PROPEDIEM · LATVRVS
MAXIMAM · CIVIVM · SVORVM · EXSPECTATIONEM
MORTE · INTERCEPTVS
DISIECIT
VIXIT · A · P · M · XXXV
DECESSIT · XIIII · K · IVL · A · MDCCCXIIII
THERESIA · GIORGIA
TVTRIX · FILII · VNICI
P ·
CVM · LACRIMIS
MARITO · SVAVISSIMO

(LXXXXIII)

☧ HIC · IACET ☧

GRATIANVS · BLASII . F · NEGRIVS

QVI · ET · FIBBIA · FABRIVS

ET · CASTRACANVS · ET · ANTERMINELLIVS

ET · A · ROBORE

VIR · PROBVS · RELIGIOSVS

QVI · VIXIT · A · LXVII

DEC · EX · APOPLEXI · V · NON · IVL ·

A · MDCCCXIIII

FRANCISCVS · XAVERIVS · ARGELATVS

DOCT · IVR · CAVSSIDICVS

H · EX · TEST ·

DEVINCTVS · BENEFICIO · SENIS · OPTIMI

(LXXXXIIII)

ANTONIO · MARIAE · BENELLIO

EXACTORI · DECVMAE · TRITICO · MOLENDO

VIRO · FRVGI · BENE · MORATO

IN · OFFICIIS · RETINENDIS · DILIGENTISSIMO

QVI · VIXIT · A · LXVIIII

DECESSIT · XVII · K · AVG · A · MDCCCXIIII

MARIA · GROSSIA · VXOR

ET · GERTRVDA · BENELLIA · BIAGIA · FILIA

MARITO · OPTIMO · PATRI · INDVLGENTISSIMO

(LXXXXV)

A ☧ Ω

PETRO · DELA · FVENTE
DOMO · PENARANDA · IN · CASTELLA · VETERI
QVI · NATVS · ANNOS · XVIII
SOCIETATI · IESV · NOMEN · DEDIT
EA · DISSOLVTA
PROCVRATOR · REGIVS
PENSIONIB · SODALIVM · SOLVENDIS
FACTVS · EST
INTEGRITATEM · ABSTINENTIAM · FIDEM
PRAETVLIT
PECVNIAM · PLVRIMAM
IN · DEI · CVLTVM · AVGENDVM
ET · EGENOS · SVBLEVANDOS
QVOTANNIS . ADTRIBVIT
DOLORES · LITHIASIS · TOLERAVIT · PATIENTISSIME
VIXIT · A · LXXV · M · VII · D . XIIII
MITIS · COMIS · OFFICIOSVS
CARVS · VNIVERSIS
DECESSIT . VIII · KAL · AVG · A · MDCCCXIIII
HEREDES · P · C ·

(LXXXVI)

IACOBO · AVRELII · F · BRVSAE
VIRO · INGENII · ACERRIMI
AGRICVLTVRAE · ET · RER · AGENDARVM
PERITISSIMO
PIVS · VIXIT · A · LXI · D · XV
DECESSIT · V · ID · AVG · A · MDCCCXIIII
MARGARITA·MARCHIONIA·CONTRA·VOT·SVPERST·
CONIVGI · AMANTISSIMO · CONCORDISSIMO
IOANNES · BRVSA
CVM · FRATRIB · QVATVOR · ET · SORORIB · SEX
PATRI · OPTIMO · INCOMPARABILI
FAC · CVR ·

(LXXXVII)

☧ THOMAE · COCCHIO ☧
ADOLESCENTI · SPEI · PRAECLARAE
QVI · IN · CVRRICVLO · ARITHMETICES
PRAEMIA · MAXIMA · PROMERVIT
STVDIA · LITTERAR · LATINAR · STRENVE · ADORTVS
AGENS · ANN · XVIII
MORTE·INTERCEPTVS·EST·III·ID·SEPT·A·MDCCCXIIII
PETRVS · COCCHIVS
CVM · MARIA · MINELLIA · CON ·
FILIO · OPTATISSIMO

(LXXXXVIII)

☧ QVIETI · ET · MEMORIAE ☧

FRIDERICI · LODII

ANNOR · XXVIIII · MENS · I · DIER . XI

QVI·PROBITATIS·INREPREHENSAE·LAVDEM·TVLIT

PARENTES· VXOREM·LIBEROS·IMPENSISS·DILEXIT

OBIIT · XIIII · KAL · OCTOBR · A · MDCCCXIIII

CAROLVS·LODIVS·ET·MARIA·MAROZZIA·PARENTES

ET · MARIANNA · VESTRIA · VXOR

CVM · LACRIMIS

(LXXXXVIIII)

· IOAN · CAMILLO · VNGARELLIO

MEDICO

DOCTORI · ARCHIGYMNASII

VIRO · AB · IPSA · ADOLESCENTIA · STVDIOSISSIMO

SOLLERTISSIMO

QVI · ITALIAE · GALLIAE · Q · VRBES

MEDICINAE · FAMA · INLVSTRIORES

EDISCENDI · CVPIDITATE · PERAGRAVIT

VIXIT · A · XXXXVII

COMIS · BENEFICVS · OFFICIOSVS

DEC·EX·ANEVRISMATE·POSTRID·K·NOV·A·MDCCCXIIII

BARTHOLOMAEVS·VNGARELLIVS·FRATER·QVI·ET·H.

MOERENS · P · C ·

(c)

A ☧ Ω

GERMANO · IOSEPHI · DOCT · F ·
AZZOGVIDIO
PHILOSOPHO · MEDICO · ANATOMICO
DOCTORI · ARCHIGYMNASII · ANNOS · AMPLIVS · L
VIRO · INGENIOSISSIMO · DISERTISSIMO
QVI · AD · VLTIMAM · SENECTVTEM
PRIMAE · AETATIS · ALACRITATEM
DOCENDO · SCRIBENDO · Q · RETINVIT
VIXIT · A · LXXIIII · M · IIII
DECESSIT · XVII · KAL · IANVAR ·
ANNO · MDCCCXIIII
FAVSTINA · DONATA
MARITO · CARISSIMO · F · C ·

EPITAPHIA FEMINARVM

(1)

HIC · SITA · EST
MARIA · THERESIA
MICHAELIS · VIRI · PRINC · F ·
DE · LA · TOVR · TAXIS
CONIVX · Θ · LVDOVICI · KHEVENHILLER · COM ·
DOMO · VINDOBONA
MATRONA · LECTISSIMA
CVIVS · INGENIVM · ET · VIRTVTEM
OMNES · MIRATI · SVNT
LIBERALITATEM · AMICI · FAMILIARES · Q ·
SENSERVNT
VIXIT · A · LXV
DECESSIT · VII · K · MART · A · MDCCCVIIII
ANTONIVS · SCARPELLIVS · ANTIST · VRBAN ·
ET · MELCHIOR · LONGHIVS · DOCT · IVR ·
CVRATORES · TESTAMENTI
FECERE
DONICVM · SEPVLCRVM · INLVSTRIVS
IVSSV · HEREDVM · EXSTRVATVR

(II)

H · S · E · ALBA · ARIENTIA
PIETATEM · ET · CASTIMONIAM · EIVS
SVAVITAS · MORVM · ET · CANDOR · ANIMI
EXORNAVERVNT
VIXIT · A · XXIII
ABORTV · PERIIT · XIII · K · IVL · A · MDCCCVIIII
ALOISIVS · GVALANDIVS · CAVSSIDICVS
VXORI · INCOMPARABILI
QVACVM · IVCVNDISSIME · FECI · A · IIII · M · VI · D · III
MON · VTI · EA · MORIENS · PRAEOPTAVIT
POSVI · MARITVS · INFELICISSIMVS
AVE · ANIMA · DVLCISSIMA · ET · VALE

(III)

☧ MARGARITAE · BAGLIONIAE ☧
CONIVGI · Θ · AVRELII · BRVSAE
QVAE · FILIOS · VII · PATRE · ORBOS
SOLLERTIA · ET · PARCIMONIA · SVA
IN · MAGNA · REI · FAMILIARIS · DIFFICVLTATE
ALVIT · INSTITVITQVE · LIBERALITER
PIA · VIXIT · A · LXXXI · M · VII
OBIIT · VII · ID · IVL · A · MDCCCVIIII
FRATRES · QVINQVE · CVM · SORORE
FECERVNT · MATRI · OPTIMAE · MERITAE

(IIII)

☧ CLAVDIAE · BANDIERAE ☧
VIRGINI · ANNOR · XXVIII
INGENIO · PER RARO · VERECVNDIA · EXIMIA
QVAE · DEVM · DIVINAQVE · OMNIA
MIRIFICO · STVDIO · PROSECVTA · EST
AEGROTATIONEM · PLVS · BIENNIVM · PASSA
MAGNVM · VIRTVTIS · EXPERIMENTVM · DEDIT
OBIIT · XIII · K · AVG · A · MDCCCVIIII
PETRONIVS · BANDIERA · ET · ANGELA · SELLERIA
PARENTES · IN · LACRIMAS · EFFVSI
POS · FILIAE · OBSEQVENTISSIMAE · SVAVISSIMAE

(V)

CATHARINAE · ANSALONIAE
FEMINAE · IN · EXEMPLVM · FRVGI · PVDICAE
ET · CIRCA · LIBEROS · DILIGENTISSIMAE
QVAE · VIXIT · A · XXV · M · VI
DIVTVRNO · MORBO · EXERCITA
SINGVLAREM · TOLERANTIAM · PRAE · SE · TVLIT
DECESSIT · VII · KAL · AVG · A · MDCCCVIIII
IOSEPHVS · MARIA · ANSALONIVS
FILIAE · VNICAE · CARISSIMAE
IOSEPHVS · MARCHIVS
VXORI · VNANIMAE · M · P · C ·

(VI)

CINERIBVS · ET · PIETATI
MARIAE · VIRGINIAE · AEMILII · F · MALVETIAE
VXORIS · Θ · ANTONII · TORTORELLII
C · F ·
SINGVLARIS · IN · CONIVGEM · SOBOLEMQ · ADFECTVS
MIRAE · IN · AERVMNOSOS · BENIGNITATIS
QVAE · APOPLEXI · CORREPTA
LOQVELAE · EX · STVPORE · LINGVAE · IACTVRAM
ANN · PROPE · SEX · FORTI · PATIENTIQVE · ANIMO · TVLIT
VIXIT · AN · LXXXIIII · M · X · D · VI
DECESSIT · III · K · SEXTIL · A · M · DCCC · VIIII
FILII · MOESTISSIMI · POSVERE

(VII)

MARIAE · FRANCISCI · F · ROSSIAE
CONIVGI · DVLCISSIMAE
QVAM · VENVSTAS · FORMAE · LENITAS · INGENI · ORNAR ·
PVDOR · ET · RELIGIO · COMPOSVERVNT
PARTVS · QVATVOR · LABORIOSISSIMI
ET · AEGROTATIO · QVINQVENNIS · EXERCVERE
VIX · A · XXXVIII · DEC · III · ID · AVG · A · MDCCCVIIII
FRANCISCVS · TOGNETTVS
MARITVS · MOESTISSIMVS · F · C ·
AVE · LVX · MEA · ET · VALE · AETERNVM

(VIII)

MARIANNAE · PAVLLI · F · REGGIANIAE
ANNOR · XXXIII
QVAE · ORBITATI · DOMVS · SVBVENIENS
MATRISFAMILIAS · OFFICIA · NAVITER · IMPLEVIT
PIETATEM · SVPER · OMNIA · CONSECTATA · EST
· OBIIT · PRID · K · SEPTEMBR · A · MDCCCVIIII
CAMILL · SAC · ET · ALOIS · CVM · ROSA · ET · FRANCISCA
SORORI · DILECTISSIMAE · BENEMERENTI

(VIIII)

ADELAIDI · ROSSIAE · SPONSAE · DIER · QVATVOR
QVAE · PROPEDIEM · NVPTVRA
SVBITA · FEBRIS · VI · ABREPTA · EST
XIII · K · OCT · A · MDCCCVIIII · NAT · A · XVIIII · M · VI · D · VI
IAC · ROSSIVS · ET · THERESIA · MAZZONIA · PARENTES
ET · FRIDERICVS · FRATER · FECERVNT · CVM · LACRIMIS

(X)

CAIETANA · ANDREAE · F · BALLARINIA
HEIC · SITA · EST
VIX · A · XVII · M · I · D · XXI · OB · XIIII · K · NOV · A · MDCCCVIIII
ANNA · GALLVPPINIA
FECIT · MATER · INFELIX
QVAE · MARITO · PRIDEM · CONDITO
FVNVS · ETIAM · VIDIT · FILIAE · DVLCISSIMAE

(XI)

MARIAE · MAGDALENAE · CIMBALONIAE
CONIVGI · Θ · CAIETANI · CODINI
QVAE · ADHVC · AETATE · FLORENS
NOVIS · NVPTIIS · HONESTISSIMIS · REIECTIS
SOBOLI · EDVCANDAE · OMNEM · CVRAM · IMPENDIT
VIX · A · LXXVI · DEC · POSTRID · N · NOV · A · MDCCCVIIII
CODINI · FRATRES
IOSEPHVS · MED · ALOISIVS · AVGVSTINVS
MATRI · OPTIMAE · BENEMERENTISSIMAE

(XII)

MARIANNAE · LVDOVICI · F · ALGARDIAE
VXORI · Θ · IOAN · ANDREAE · FACCI
QVAE · FORMAE · PRAESTANTIS · LAVDEM
PVDICITIA · ET · MODESTIA · AVXIT
REI · FAMILIARIS · PERDILIGENTER · SATEGIT
AGENS · A · XXXXVI · DEC · K · DEC · A · MDCCCVIIII
DOLOR · ET · LVCTVS
IOANNIS · PETRI · LAZZARI
MARITI · SECVNDI
QVI · CONIVGEM · AMANTISSIMAM
VIVAM · IMPENSISSIME · REDAMAVIT
DEMORTVAM · MEMORIAE · INFIXAM · HABET
HABEBIT

(XIII)

☧

DOMINICAE · MENGHINIAE
FAMVLAE · EMERITAE · DOMVS · STVROLIAE
FEMINAE · INNOCENTISSIMAE
HAEC · PRAESENTEM · DEVM · ADSIDVE · RESPEXIT
SACRAMENTVM·AVG·AD·VENERANDVM·PROPOSITVM
QVOTIDIE · PER · MVLTAS · HORAS
ADORAVIT
IMAGINEM · MARIAE · LVCANAE
AD · MONTEM · EIVS · SINGVLIS · DIEB · ANNOS · XII
INVISIT
CIBI · POTIONIS · Q · EXPERS · AD · VESPERAM
PANE · TENVS · AQVA · COCTO
FAMEM · FEFELLIT
QVOD · RELIQVVM · EX · STIPE · FAMVLARI · FVIT
EGENIS · LARGITA · EST
VIXIT · A · LXVIIII · D · XVII
DECESSIT · PRID · NONAS · DECEMBR ·
A · MDCCCVIIII
NOTI · EIVS
ADMIRATI · VIRTVTEM · TANTAM
PECVNIA · COLLATA
FECERVNT·

(XIIII)

DOMINICAE · MATTHAEI · F · MVRATORIAE
FRANCISCVS · CAPPIVS
MARITVS
QVI · EAM · AMANTISSIMAM · OFFICIOSISSIMAM
INQ · OMNI · VITA · SIBI · MORIGERAM · INVENIT
VIXIT · A · XXXXVI
PIA · FRVGI · CONSTANS · IN · ADVERSIS
DECESSIT · PRID · ID · DECEMBR · A · MDCCCVIIII
AVE · ET · VALE · VXSOR · OPTIMA
EGO · IACTVRAM · TVI
DEFLEO · DEFLEBO · DVM · VIVAM

(XV)

ANNAE · IOAN · BAPTISTAE · F · TONIAE
DOMO · FAVENTIA
MATRIFAMILIAS · PRAESTANTISSIMAE
CVIVS · IN · ADVERSIS · REB · FEREND · AEQVANIMITAS
IN · AEGROTIS · SVBLEVANDIS · MISERATIO
IN · MORTE · OBEVNDA · FORTITVDO
ENITVERE
VIXIT · A · LXV · M · II · D · XXII
DECESSIT · IDIB · DECEMBR · A · MDCCCVIIII
FRANCISCVS · SALVATORIVS
CONIVGI · PRVDENTISSIMAE · PIENTISSIMAE · F · C ·

(XVI)

GERTRVDAE · AVGVSTINI · F · BARBIERIAE
ANNOR · LVI · MENS · VIIII · DIER · XII
QVAE · CAELITEM · SANCTAM · SVI · COGNOMINEM
EXIMIE · VENERATA · EST·
ADMISSIS · DEFVNCTORVM · EXPIANDIS
IMPENSISSIME · STVDVIT
EGENTIBVS · OMNI · AVXILIO · PRAESTO · FVIT
OBIIT · V · K · IAN · ANNO · MDCCCVIIII
TINTI · ANTONIVS · PATER
ET · ANGELA · ET · AVGVSTINVS · ET · IOAN · BAPT · FILI
VXORI · ET · MATRI · OPT · INCOMPARABILI

(XVII)

☧ AEMIGDIAE · GRANDIAE ☧
PETRVS · GRANDIVS
CVM · MARIA · LIPPARINIA
CONIVGE
POSVIT · FILIAE · PIISSIMAE
QVAE · IESVM · CRVCIFIXVM
MAGNA · RELIGIONE · COLVIT
PARENTES · STVDIO · PERPETVO · REVERITA · EST
NATA · A · XXVII · M · I · D · XXVIII
DECESSIT · VI · ID · IAN · A · MDCCCX
CHRISTVS · TE · IN · PACE

(XVIII)

☧

MARIANNAE·IOANNIS·BAPTISTAE·F·FABRIAE
FEMINAE · OPTIMAE · RARISSIMAE
QVAM
OB · MODESTIAM · PRVDENTIAM · SVAVITATEM
SINGVLAREM
SOCERI · LEVIRI · GLORES
MIRE · PROBATAM · DILECTAM · Q · HABVERE
VIXIT · A · LVII · M · VIIII · D · XXIIII
DECESSIT · VIII · KAL · FEBRVAR ·
A · M · DCCC · X
PAVLLVS · MARIA · GVIDETTVS
MARITVS · MISERRIMVS
ET · THERESIA · ET · CLEMENTINA
FILIAE
INSTITVTAE · PRAECLARISSIMIS · MONITIS
EXEMPLIS · QVE · EIVS

(X VIIII)

AVE · ANIMA · PIENTISSIMA · ET · VALE

☧

ANNAE · LVDOVICI · F · A · MONTE
AGNATAE · BARTHOLOMAEI · DOCT · THEOL ·
PRAEFECTI · SACRIS · EXPEDITIONIBVS
VIRI · SANCTISSIMI
CONIVGI · ANGELI · CERMASI
FEMINAE · LAVDATISSIMI · EXEMPLI
QVAE · INGENIO . PRAESTITIT
ARTES · DOMVS · REGVNDAE · OMNES
SVPRA . MODVM · SVI · SEXSVS
CALLVIT
IN · PROSPERIS · TEMPERANS
IN · ADVERSIS · INVICTA
EXSTITIT
EADEM·VIRGINIBVS·MATRIBVS·VIDVIS·PRAELVXIT
VIXIT · A · LXVIII · M · V · D · X
PRVDENS · COMIS · ACCEPTA · VNIVERSIS
DECESSIT · XII · KAL · MARTIAS
A · MDCCCX
CAIETANVS · MARSILIVS · SAC ·
CVRATOR · TESTAMENTI
P ·

(XX)

CATHARINAE · PHILIPPI · F · CÀPVRRIAE
ANNOR · XXV
QVAE · PVELLARI · VERECVNDIA
VXORIA · FIDELITATE
FEMINIS · EXEMPLO · FVIT
OBIIT · IN · TERTIO · PVERPERIO
VI · K · MARTIAS · A · MDCCCX
ANGELVS · BARBIERIVS
MARITVS · MOERENTISSIMVS
FECIT · CONIVGI · PRVDENTISSIMAE
INCOMPARABILI
CVM · QVA · VIXIT · A · III · M · VI

(XXI)

THERESIAE · ANTONII · F · LOLLIAE
FEMINAE · SINGVLARIS · PVDICITIAE
CHRISTIANAE · VITAE · MVNERIBVS · VNIVERSIS
DILIGENTER · SANCTEQ · PERFVNCTAE
QVAE · VIXIT · A · XXXVI · M · VII · D · XV
DECESSIT · VIIII · K · APR · A · MDCCCX
CAIETANVS · ZECCHINIVS
POSVIT · VXSORI · OPTIMAE
QVACVM · EGIT · ANNOS · X · M · VI · D · XVII
CONCORDISSIME · IOCVNDISSIME

(XXII)

CAIETANAE · MARIANI · F· CINTIAE
FEMINAE · INGENIOSISSIMAE
SCIENTI · FIDIVM · ET · OPERIS . PHRYGII
OMNISQVE · OPIFICII · MVLIEBRIS
QVAM · RELIGIONE · CASTITATE · MANSVETVDINE
PRAESTANTEM
OMNES · SVI · LVXERVNT
VIXIT · A · XXI · M · VIII · D · VIIII
DECESSIT · XVI · K · MAIAS · A · MDCCCX
PETRVS · FRANCISCVS · GHEDINIVS
MOESTISSIMVS · POSVI · VXSORI
CVM · QVA · DVLCITER · FECI · A · II · M · VI · D · V
BENE · TIBI · SIT · QVAE · ME · BENE · AMASTI

(XXIII)

ANNAE · FERDINANDI · MED · F ·
DOMINICI · HYDROSTATICI · N ·
GVGLIELMINIAE
VXORI · Θ · ALOISII · NICOLII · ADV ·
POSTREMAE · FAMILIAE · SVAE
FEMINAE · PIAE · AEQVANIMAE
QVAE · VIXIT · A · LXXXVII . M · VIIII · D · XXVI
OBIIT · NONIS · MAIIS · A . MDCCCX
FILII · OCTO · MOERENTES · POSVERE

(XXIIII)

☧ HIC · SITA · EST ☧

HELENA · CAIETANI · COM · F · MERENDONIA

FORMA · ET · INGENIO · PRAESTANS

MVSICIS · ET · LINGVIS · ERVDITA

QVAE · FILIOLAM · DVLCISSIMAM

ALIENO · VBERE . HAVD · PASSA · EDVCARI

LACTE · SVO · PROPINATO

IACTVRAM · VITAE · FECIT

AGENS · A · XXVIII · DEC · VIIII · K · IVN · A · MDCCCX

POMPEIVS · RATTA

CONIVGI · DESIDERATISSIMAE · P · C ·

(XXV)

☧ CANDIDAE · FONTANAE ☧

ANNOR · LVIII

QVAE · IN · PRIMA · AETATE

CANTV · ET · FIDIBVS · EMINVIT

IN · OMNI · VITA

RELIGIONE · IN · DEVM · PIETATE · IN · SVOS

BENEFICENTIA · IN · EGENOS

INCLARVIT

ARGELATI · ZACHARIAS · PATER · ET · FRANC · XAV · FILIVS

DOCTORES · LEGVM

FEC · VXORI · ET . MATRI · OPTIMAE

DEC · POSTRID · K · QVINT · A · MDCCCX

(XXVI)

A ☧ Ω

VALERIAE · PETRI · F · TRIBOLAE
ANNOR · XXVIII
QVAM
THERESIA · MELLINIA · MATER
ET · INNOCENTIVS · ET · IOANNES · DOCT · LEGVM
FRATRES
A · RELIGIONE · ET · SEDVLITATE · COMMENDATAM
HEIC · CONDENDAM · CVRAVERVNT
DESIDERATA · EST · VI · ID · QVINTIL · A · MDCCCX

(XXVII)

THERESIAE · DIONYSII · F · FABBRIAE
VXORI · Θ · FRANCISCI · GAMBERINII
FEMINAE · SINGVLARIS · IN · MARIAM · SANCTAM
PIETATIS
QVAE · VTI · IN · VOTIS · HABVIT
QVO · DIE · PATRONA · CAELESTIS
SIDERIBVS · RECEPTA · EST
DECESSIT · IN · PACE · A · MDCCCX
FELIX · BLVA · NAVA
MARITVS · SECVNDVS
FECIT · CONIVGI · CARISSIMAE · B · M ·
VIXIT · A · XXXXII

(XXVIII)

A ☧ Ω

IVNIPERAE · IOAN · PAVLLI · COM · F ·
CASTELLIAE
CONIVGI · Θ · LVCII · ROSSII · CONTI
POSTREMAE · FAMILIAE · SVAE · VETVSTISSIMAE
QVAE
ADSIDVAM · CVRATIONEM · DOMVS
ET · QVOTIDIANAM · OPERAM
CVM · OMNI · RELIGIONIS · OFFICIO
MIRE · CONSOCIAVIT
EADEM · SACRAMENTVM · AVG ·
ENIXE · COLVIT
EGENOS · VNIVERSOS · PRAESERTIM · AEGROTANTES
EXIMIA · CARITATE
COMPLEXA · EST
VIXIT · A · LXXXVIII · D · IIII
PLACIDISSIME · OBDORMIVIT
III · NON · OCTOBR ·
A · MDCCCX
IOSEPHVS · SIGNIVS
SOBRINVS · QVI · ET · HERES
F · C ·

(XXVIIII)

A ☧ Ω

HIC · SITA · EST

DONATILLA · DOMINICA · MONTAGNANIA
NAT · PLVMATII · IN · TERRITORIO · N ·
QVAE · AGENS · AN · XVII
MORBO · GRAVI · DIFFICILIQVE · CORREPTA
VIX · PAVLLVLVM · CIBI · AEGERRIME · GLVTIENS
ANNOS · LII · INTEGROS
IN · SVMMA · PAVPERIE
LECTVLO · DECVBVIT
DIVINARVM · RERVM · CONTEMPLATIONE
NOCTES · SOLIDAS · IMPENDIT
SACRIFICIO · AVG ·
VBICVMQVE · QVANDOCVMQVE · FIERET
PRAESENS · INTERESSE
DESIDERIO · PERPETVO · EXAESTVAVIT
VIXIT · A · LXVIIII · M · II · D · XI
EMIGRAVIT · SANCTISSIME · V · ID · OCTOBR ·
A · M · DCCC · X



(XXX)

M · THERESIAE · IOAN · BAPT · F · GVIDICINIAE
ANNOR · XXXXIIII · MENS · VI · DIER · XV
QVAM · A · PRIMIS · ANNIS
AEGROTATIO · INSANABILIS · EXCEPIT
INNOCENTIA · PIETAS · TOLERANTIA
AD · TVMVLVM · VSQVE · SEQVVTAE · SVNT
OBIIT · III · ID · NOVEMBR · A · MDCCCX
IOSEPHVS · GVIDICINIVS
LVTETIAE · PARISIORVM · DEGENS
SORORI · CARISSIMAE · F · C ·

(XXXI)

☧ ANNAE · CAROLI · F · STOFFER ☧
MATRIFAMILIAS · PROVIDENTISSIMAE
PIETATE · IN · DEVM · MISERATIONE · IN · PIOS · MANES
SINGVLARI
QVAE · MORBVM · TRIMESTREM · SAEVISSIMVM
SINE · GEMITV · PERPESSA
DECESSIT · EXITV · OPTATISSIMO
XII · K · DEC · A · MCCCCX · NATA · A · LIIII
VINCENTIVS · NASCENTORIVS · MANZIVS
MOESTISS · P · CONIVGI · CONCORDISS · INCOMPARABILI
CVM · QVA · VIXIT · A · XV · M · V · D · XVI
VALE · VALE · VALE

(XXXII)

☧

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
ANNAE · NICOLAI · F · CASOLARIAE
CONIVGIS · Θ · PEREGRINI · BIANCANI
FRANCISCVS · PAVLLVS · BIANCANVS
PARENTI · PIISSIMAE · AMANTISSIMAE
QVAE · PATRIMONIVM · EIVS
MIRA · SOLLERTIA · PROCVRAVIT
VIXIT · A · LXIIII · M · VIIII · D · IIII
DECESSIT · IDIB · IAN · A · MDCCCXI
IN · PACE

(XXXIII)

A ☧ Ω

CLAVDIAE · FRANCISCI · F · ANTONELLIAE
MATRIFAM · A · RELIGIONE · ET · SEDVLITATE
PRAECONIA · VICINITATIS · INDEPTAE
QVAE · NATA · A · LXIIII · M · VIII · D · XVII
DECESSIT · XVI · K · FEBRVAR · A · MDCCCXI
PETRVS · NERIVS
FECI · VXORI · FIDELISSIMAE
QVAE · MIHI · PROCREAVIT · FILIOS · SEPTEMDECIM
MECVM · VIXIT · A · XXXXV
SINE · QVERELA .

(XXXIIII)

MARIAE · MAGD · FABII · COM · F ·
VITTORIAE
CONIVGI · Θ · DOMINICI · SCARSELLII · COM ·
PATRONAE · SORORVM · VRSVLANARVM
MATRONAE · PRAESTANTI
QVAE · INGENII · PRVDENTIAEQVE · LAVDIBVS
INNOCENTIAM · MORVM · SINGVLAREM
PIETATEM · IN · DEVM · SVMMAM
LARGITATEM · IN · EGENOS · EXIMIAM
CVMVLAVIT
VIXIT · A · LIII · M · XI · D · XVII
EXITV · SANCTISSIMO · DECESSIT
NONIS · APRILIB · A · MDCCCXI
SCARSELLII · FRATRES · MARIVS · ET · CAESAR
PARENTI · INCOMPARABILI · FECERE

(XXXV)

☧ ANNAE · CAVALLAZZIAE ☧
CONIVGI · Θ · ROCHI · BERTELLII
THERESIA · BERTELLIA
MATRI · CARISSIMAE
QVAM · RELIGIONIS · SOLLERTIAE · TOLERANTIAE
EXEMPLVM · PERPETVVM · HABVIT
VIX · A · LXXVI · OB · VII · K · IVN · A · MDCCCXI

(XXXVI)

A ☧ Ω

AEMILIAE · DONESMVNDAE
DOMO · MANTVA
FEMINAE · OPT · ET · MANSVETISS · INGENI
EXIMIAE · PIETATIS · IN · SVOS
SINGVLARIS · BENIGNITATIS · IN · AERVMNOSOS
QVAE · AMISSIONEM · FILIORVM · QVATVOR
DOLVIT · INSOLABILITER
PHTHISIM · TVLIT · PATIENTISSIME
PIA · VIXIT · A · XXXV · M : VII · D · XXVII
MOERROR · FAMILIAE · VNIVERSAE
OBIIT · III · ID · IVNIAS
A · MDCCCXI
FRANCISCVS · RATTA
CVM · ALOISIO · ET · BENEDICTO · FILIIS
P · VXORI · DVLCISSIMAE
QVACVM · SVAVISSIME · EGIT · A · VIII · M · V · D · X
AEMILIA · BENE · QVIESCAS

k

(XXXVII)

CLAVDIAE · MORANDIAE
CONIVGI · Θ · IOSEPHI · REGAZZII
FEMINAE · MORIBVS · INTEGERRIMIS
QVAE · IN · PRECIBVS · ADSIDVA
DIVINAE·VOLVNTATI·LVBENTISSIME·OBTEMPERANS
DIVTINAM·ET·PERMOLESTAM·AEGROTATIONEM
INVICTA · CONSTANTIA · SVBIIT
VIXIT · A · LXXII
OBIIT · PLACIDO · EXITV · XVII · K · IVL · A · MDCCCXI
MORANDII · FRATRES
IOAN · BAPTISTA · CAN ·
ET · HANNIBAL · ANTONIVS · ET · IOSEPHVS
CVM · ALOISIO · REGAZZIO · FILIO · EIVS
POS · SORORI · KARISSIMAE ·

(XXXVIII)

☧

THERESIAE · PETRONII · F · BALDONIAE
PVELLAE · A · XXII · M · VIII · D · XXIIII
QVAE · DECESSIT · VIIII · K · SEPTEMBR ·
A · MDCCCXI
PETRVS · BENELLIVS
VITRICVS
MOERENS · NON · SECVS · AC · PATER

(XXXVIIII)

ANNAE · MARIAE · NANETTAE
DOMO · LOIANO
CONIVGI · ꝯ · IACOBI · BERTELLII
MATRIFAM · LAVDATISSIMAE
QVAE · DEO · SOBOLI · EGENIS
OFFICIA · OMNIA · SEDVLO · PRAESTITIT
ORBITATEM · LVMINIS · AD · XXX · ANNOS
ANIMO · AEQVISSIMO · TVLIT
VIXIT · A · LXXXI · M · V · D · IIII
DECESSIT · POSTRID · K · SEPTEMBR · A · MDCCCXI
BERTELLII · FRATRES
INNOCENTIVS·ET·SERAPHINVS·ET·VINCENTIVS·SAC.
PARENTI · OPTIME · DE · SE · MERITAE

(XXXX)

☧ MARIAE · BREVENTANIAE ☧
CONIVGI · Θ · MARCI · MINGHETTI
HAEC · DOMVM · CVRAVIT
SECRETVM · PRESSIT
EGENIS · · OPEM · ATTVLIT
VIXIT · A · LVII
DECESSIT · VII · K · NOVEMBR · A · MDCCCXI
ANNA · BREVENTANIA
SOROR · ET · HERES · POSVIT · CVM · LACRIMIS

(XXXXI)

A ☧ Ω

SVLPITIAE · LVDOVICI · MARCH · F ·
ALBERGATAE
CONIVGI · ꝯ · AMOS · CAVALCAE · COM ·
AGNATAE · NICOLAI · CARD · EPISC · VIRI · BEATI
MATRONAE · VETERIS · EXEMPLI
QVAE · VIXIT · A · LXXVI · M · VIII
DECESSIT · III · NON · DECEMBR · A · MDCCCXI
CLODOVEVS · CAVALCA
CVM · CAECILIA · ET · BARBARA · SORORIB ·
MATRI · BENEMERENTISSIMAE

(XXXXII)

☧ GERTRVDAE · RASORIAE ☧
MATRIFAMILIAS · OPTIMAE
QVAE · DEO · COLENDO
DOMVI · REGVNDAE
AEGROTIS · ADIVTANDIS
OMNE · VITAE · TEMPVS · IMPENDIT
VIXIT · A · XXXXVIIII · D · XVIIII
DECESSIT · XVII · K · IAN · AN · MDCCCXI
IACOBVS · CVRIGHER
VXORI · SVAE · FECIT
AD · LVCTVM · RELICTVS

(XXXXIII)

DOROTHEAE·PAVLLI·SEN·F·ZAMBECCARIAE
VXORI · ✠ · FRANCISCI · GVIDOTTI · SEN ·
MATRONAE · PIENTISSIMAE
QVAE · VIDVIDATEM · ANNOR · XXXX
SANCTE · ET · IN · EXEMPLVM · EGIT
VIX·A·LXXX·M·V·D·XXVIII·DEC·N·FEBR·A·MDCCCXII
GVIDOTTI · FRATRES · FRANCISCVS · ET · ALEXANDER
AVIAE · OPTIMAE · BENEMERENTI · POSVERE

(XXXXIIII)

ELISABETHAE · ANTONI · F · DE · EZPELETA
DOMO · POMPEIOPOLI
MATRONAE · PRAESTANTISSIMAE
QVAE · SVMMA · DEVM · RELIGIONE · COLVIT
MARITVM · PRAE · OCVLIS · DILEXIT
AERVMNAS · MISERORVM · IMPENSE · LENIIT
PRVDENS · COMIS · BENIGNA
OBTRECTACTORVM · IMPATIENS
VIXIT · A · LIIII · M · X · D · XX
CEPHALALGIA · ANNORVM · NOVEM
ANIMO · INVICTO · EXCRVCIATA
DECESSIT · BISSEXTO · KAL . MART · A · MDCCCXII
IOSEPHVS · ELEPHANTVTIVS
VXORI · CARISSIMAE · INCOMPARABILI

(XXXXV)

HELENA · IOANNIS · F · BOSCHIA
CONIVX · Θ · GASPARIS · MEZZETTI
FECIT · SIBI
VTI · QVISQVIS · PRAETERGREDERIS · DICAS
HELENA · TE · IN · PACE · ☧ · RECIPIAT
VIXIT · A · LXVII · M · VII · D · IIII
DECESSIT · X · K · MAIAS · A · MDCCCXII

(XXXXVI)

CAROLINAE · ALOISII · F · BECCHETTAE
CONIVGI · Θ · ANT · ZANETTI · DOCT · LEG ·
FEMINAE · INGENII · ELEGANTIS
LITTERIS · EXCVLTAE
QVAE · IN · INSTITVENDA · SOBOLE
OFFICIO · PATRIS · ET · SVO
CVMVLATISSIME · SATISFECIT
VIXIT · A · XXXIII · M · VII
PIA · IN · DEVM · BENIGNA · IN · CALAMITOSOS
OBIIT · VII · K · MAIAS · A · MDCCCXII
ZANETTI · FRATRES
ALOISIVS · ET · GVIDO
MATRI · ET · TVTRICI · AMANTISSIMAE
FIDELISSIMAE
F · C · AD · SEPVLCRVM · PATRIS

(XXXXVII)

A ☧ Ω

IOSEPHINAE · BERNIAE · DE · ANTONIIS
PVELLAE · INGENIOSAE · DOMISEDAE · INNOCENTI
AMANTISSIMAE · SVORVM
QVAE · CANTVS · PERITIA · ET · MORVM · SVAVITATE
PRAESTITIT
PIA · VIXIT · A · XXII · M · X · D · II
DECESSIT · VI · NON · MAIAS · A · MDCCCXII
VINCENTIVS · BERNIVS · DE · ANTONIIS · EQ · ADV ·
CVM · ALBINA · MONTIA · CONIVGE
MOESTISSIMVS · FECIT · FILIAE · RARISSIMAE
AVE · AVE · DESIDERIVM · NOSTRVM
ET · VALE

(XXXXVIII)

☧ MARIAE · DONATAE ☧
ANTONIVS · CAVARA · MED ·
MARITVS · OMNIVM · MISERRIMVS
FECI · CONIVGI · VNANIMAE
DVLCISSIMAE
DE · QVA · VNVM · HOC · DOLVI
QVOD · MORTVA · SIT
VIXIT · ANNIS · XXXV
DECESSIT · PRID · N · MAIAS · A · MDCCCXII

(XXXXVIIII)

A ☧ Ω

OSSA

THERESIAE · IOSEPHI · F · BOLIS

VIRGINIS · PERPETVAE

QVAE · A · PARVVLA · CONTEMPTRIX · ILLECEBRAR ·

INIMICA · OBTRECTATIONIS

CVLTRIX · STVDIOSISSIMA · SACRAMENTI · AVG ·

MARIAE · DEI · PARENTIS

THERESIAE · SANCTAE

ANNOS · XXXXII · AEGROTAVIT

TAEDIA · ET · DOLORES · ACERBISSIMOS

FORTI · ANIMO · SEMPER · SVSTINVIT

VIXIT · A · LXI · M · II

HILARIS · EMIGRAVIT · XV · K · IVN ·

A · M · DCCC · XII

ANNA · BOLIS

FECIT · SORORI · CONCORDISSIMAE

QVACVM · VTI · IN · CAELIS · ANIMO

ITA · IN · SEPVLCRO · CINERIBVS

CONIVNGI · PRAEOPTAT



(L)

☧

HIC · IACET
ANNA · CAIETANI · F · FRANCIA
FEMINA · PIETATIS · EGREGIAE
QVAE · INFANTEM · PER · SCALAM · GESTANS
PRAECIPITI · LAPSV · INTERIIT
XV · K · IVNIAS · A · MDCCCXII
NATA · A · LXXV
FRANCISCVS · FRANCIA
SORORI · CARISSIMAE
CVM · LACRIMIS

(LI)

☧ GERTRVDA · FORNASINIA ☧
QVAE · VIXIT · A . LXVIII
SVPREMVM · DIEM · OBIVIT
XIII · K · IVN · A · MDCCCXII
H · S · E · AD · SEPVLCRVM · MARITI
LAVRENTIVS · FRANZONIVS
FECIT · NOMINE · SVO · ET · SORORVM
MATRI · PIISSIMAE · SOLLERTISSIMAE

l

(LII)

ROSALIAE · SIMONIS · VINCENTII · EQ ·
DVCIS · SANCLEMENTIANI · F ·
VELLVTIAE · ZATIAE
QVAE · ORTA · NEAPOLI · INSTITVTA · FLORENTIAE
AB · IPSA · PVERITIA
PARENTIBVS · ET · AEQVALIBVS · SE · PROBAVIT
IN · MATRIMONIO · CONLOCATA
MARITVM · LIBEROSQVE · AMAVIT · VNICE
SOCEROS · IMPENSE · REVERITA · EST
FAMVLOS · VIGILANTIA · CONTINVIT
SIBIQVE · BENIGNITATE . DEVINXIT
DEVM · ENIXE · COLVIT
MARIAM · SANCTAM · PATRONAM · CAELESTEM
SINGVLARI · ADFECTV · ADSCIVIT
VIXIT · A · XXXIII · M · VIII · D · XXV
SOLLERS · DOMISEDA · BENEFICA
QVO · MENSE · ET · QVO · PER · HEBDOMADAM · DIE
VIRGINI · DEI · PARENTI · SACRO
PRAEOPTAVIT
LIBENS · LAETA · DECESS · III · K · IVN · A · MDCCCXII
FRANCISCVS · BEVILACQVA · AREOSTVS
CVM · CAESARE · ET · CAROLO · FILIIS
F · C · VXSORI · INCOMPARABILI

(LIII)

THERESIAE · ROMAGNOLIAE

QVAE · VIX · A · XX · OB · POSTRID · ID · IVN · A · MDCCCXII

PATER · FECIT · FILIAE · OPTIMAE

AD · SEPVLCRVM · SORORIS · EIVS

ITERVM · CONTRA · VOTVM

(LIIII)

HIC · SITA · EST

THERESIA · CAROLI · F · COPPA

DOMO · GENVA

PIA · VIXIT · ANN · LXXII

OBIIT · IN · PACE · XIII · K · SEXTIL · A · MDCCCXII

VINCENTIVS · CAIETANVS · CENERVS · CVM · FILIIS

POSVIT · VXORI · OPTIMAE

QVI · LEGIS · BONAS · EI · PRECES · PRECARE

(LV)

MEMORIAE · ET · CINERIBVS

MARIAE · AVGVSTINI · F · FRASSINETAE

VXSORIS · DVLCISSIMAE

FRIDERICVS · FABRIVS

DECVRIO · TVRMAE · APPARITORVM

MOERENS · POSVIT

VIX · A · XXXV · DEC · VI · K · AVG · A · MDCCCXII

AVE · VXSOR · ET · VALE

(LVI)

ANGELAE·M·DARIAE·DOMINICI·F·RODOLFIAE
CONIVGI · Θ · ALEXANDRI · DALPVRGI
QVAE · AETATE · FLORENTI · MARITO · VIDVATA
NATORVM · VNICE · SOLLICITA
ALTERAS · NVPTIAS · CONSTANTER · ABNVIT
PIA · VIXIT · A · LXXIIII · M · VIIII · D · XIIII
DECESSIT · III · NON · SEPTEMBR · A · MDCCCXII
ANDREAS · DALPVRGVS · DOCTOR · LEGVM
CVM·MATILDA·ROSA·CLARA·FRANCISCA·SORORIB·
MATRI · PRAESTANTISSIMAE · FECIT

(LVII)

☧ CATHARINAE · GIORDANIAE ☧
CONIVGI · Θ · ANDREAE · BARONII
FEMINAE · RELIGIOSISSIMAE
QVAE · PARENTEM · SVAM
CONTVBERNALEM · SEMPER · HABVIT
SANCTISSIMEQVE · OBSERVAVIT
FILIAS·OMNI·PIETATIS·OFFICIO·PROSEQVVTA·EST
VIX·A·LXVI·M·VII·DEC·V·ID·SEPT·A·MDCCCXII
MARIA · NATALIA
FILIAE · CONTRA · VOTVM
CLAVDIA·GVARMANIA·ET·FRANCISCA·GHERARDIA
MATRI · OPTIMAE

(LVIII)

H · S · E ·

ELEONORA · ANTONII · MARCH · F · ZAGNONIA
POSTREMA · GENTIS · SVAE
VIRGO · PERPETVA
HAEC · AB · INEVNTE · AETATE
MORIBVS · INNOCENTISSIMIS · FLORVIT
PLVRES·IN·H·QVOTIDIE·AD·DEVM·PRECES·PRODVXIT
IN·SACRAMENT·AVG·ET·MARIAM·SANCTAM·EXARSIT
EGENIS · AEGROTIS · CALAMITOSIS
SVBSTANTIAM · SVAM . SEMPER · ELARGITA · EST
QVOD · RELIQVVM · FVIT · FAMILIAE · TEST · ADDIXIT
NATA · A · LXXVIIII . M · II · D · XII
DEC · IN · PACE · ☧ · V · K · NOV · A · MDCCCXII

(LVIIII)

ANNAE · IOSEPHI · F · CONTINELLIAE
QVAE · IN · MATRIMONIO · MEO · FVIT
SVAVITER · SINE · IVRGIO · ANN · VI
HEV · DESIDERIVM · HEV · LVX · MEA · ABIISTI
TE · MORIGERAM · BENIGNAM · PIAM
DEFLEO · AMISSAM · DEFLEBO · SEMPER
THOMAS · DELVCCA
TITVLVM POSVI · SOLAMEN · DOLORIS · MEI
V · A · XXVIII · TANTVM · DEC · III · K · DEC · A · MDCCCXII

(LX)

CINERIBVS · ET · PIETATI
VIRGINIAE·CAIETANI·COM·F·MERENDONIAE
MATRIS · FILIOR · QVATVOR
QVORVM · DVO · MARIANNA · ET · CAIETANVS
FATVM . EIVS · PRAEVERTERVNT
ALOISIVS · ET · THERESIA
RELICTI · SVNT · SPES · EXTREMA · PATRIS
ANGELI · MICHAELIS · GVASTAVILLANI
QVI·CONIVGEM·SECVNDAM·SVAVISS·INCOMPARABIL·
AMISIT
VIX·A·XXVIII·DEC·PRID·CAL·DECEMBR·A·MDCCCXII

(LXI)

MARIAE · NICOLAI · F · GOVONIAE
CONIVGI · Θ · FRANCISCI · AMBROSI
QVAE · ADHVC · IVVENIS · MARITO · ORBATA
SOBOLI · ALENDAE
ET·AD·PIETATEM·OMNEMQ·VIRTVTEM·INFORMAND·
APPRIME · VACAVIT
PIA · DOMISEDA · SOLLERS · PRVDENS
MISERICORS · IN · PAVPERES
VIXIT · A · LXXX · M · VIIII · D · XVIIII
MAGNO·SVOR·LVCTV·DEC·VII·K·IAN·A·MDCCCXII
AMBROSI·FRATRES·IOACH·CAN·LVD·ARCHIPR·CAIET·
MATRI · RARISSIMAE · F ·

(LXII)

☧ CINERIBVS · ET · PIETATI ☧
MARIAE · IVLIANI · F · DOZZAE
CONIVGIS · ET · MATRISFAM · PROBATISSIMAE
IOAN · BAPTISTA · GRASSETTVS
MARITVS
QVI · AMOREM · ET · SEDVLITATEM · EIVS
RECOLET · PERPETVO
VIX · A · LIII · DEC · V · K · IAN · A · MDCCCXII

(LXIII)

THERESIAE · FRANCISCI · F · SCHIASSIAE
VXORI · Θ · SEBASTIANI · FELICORII · ADV ·
QVAE · CVM · ESSET · ANNOR · XXVII
MARITO · DVLCISSIMO · VITA · FVNCTO
NOVAR · NVPTIAR · COGITATIONEM · ABIECIT
FILIOS · DILEXIT · VNICE · EDVCAVIT · STVDIOSISSIME
VIXIT · A · LXVI · M · III · D · II
PIA · FRVGI · IMPIGRA · BENEFICA
DECESS · XIII · K · FEBRVAR · A · MDCCCXIII
FELICORII · FRATRES
ANGELVS · TAB · ET · VINCENTIVS · ADV ·
CVM · MARIANNA · SORORE
CONIVGE · VINCENTII · FONTANAE · DOCT · LEGVM
FECERVNT · MATRI · OPT · BENEMERENTISSIMAE.

(LXIIII)

AVRELIAE · PETRI · ALOISII · MARCH · F ·
MONTIAE
CONIVGI · PETRI · BIANCHETTI · COM ·
POSTREMAE · GENTIS · SVAE
ANNOR · LXV · Θ. IIII · KAL · FEBR · A · MDCCCXIII
CAESAR · BIANCHETTVS · COM ·
CVM · CATHARINA · ET · THERESIA · SORORIB.
MATRI · DVLCISSIMAE · OPTIME · DE · SE · MERITAE
QVAE · MAIORVM · GLORIAM
PACE · BELLOQVE · CLARISSIMORVM
INGENIO · ET · VIRTVTE
CVMVLAVIT

(LXV)

LVCRETIAE · PETRI · FRANCISCI · F · CASTELLIAE
QVAE · RECTAM · INCORRVPTAMQVE · VITAM
A · PRIMA · AETATE · SVSCEPTAM
AD · EXTREMVM · VSQVE · IMMVTATAM · SERVAVIT
VIXIT · A · LXXXVIII · M · III · D · XVIIII
PERMOLESTA · AEGROTATIONE · MENSIVM · SEPTEM
AEQVISSIMO · ANIMO · TOLERATA
DECESSIT · VI · ID · MART · A · MDCCCXIII
ANGELA · CASTELLIA
SORORI · CONCORDISSIMAE · F ·

(LXVI)

MARIAE · MICHAELIS · F · SARTIAE
QVAE · MEA · FVIT · A · XXXXVIIII · M · II · D · XXV
DEVM · COLVIT · DOMVM · CVRAVIT
LIBEROS·ET·NEPOTES·AMANTISSIME·COMPLEXA·EST
VIX·A·LXX·M II·D·XXI·DEC·XV·K·APRIL·A·MDCCCXIII
FRANCISCVS · CORNETVS
CVM · LAVRENTIO · ET · PHILIPPO · FILIIS
POSVI · VXORI · BENEMERENTISSIMAE

(LXVII)

☧ ALOISIAE ☧
IOS · HADRIANI · F · FRANCISCI · COM · N ·
CARRATAE
PVELLAE · RARI · EXEMPLI
SCIENTISSIMAE · CHRISTIANAE · CATECHESEOS
APTISSIMAE·AD·ARTES·MVLIEBRES·EXQVISITIORES
VIXIT · A · XV · M · VI · D · III
INTERIIT · ΔΥΣΚΡΑΣΙΑ
XII · KAL · APRIL · A · M·DCCC·XIII
POSVIT · PATER · MISERRIMVS
FILIAE · PRIMIGENAE · DVLCISSIMAE
AVE · AVE · ALOISIA
ET·QVA·CAROLINAM·SOROREM·TVAM·FRVI·SPES·EST
CHRISTVS · TE · FACIAT · IN · PACE · SVA

(LXVIII)

ELEONORAE·IACOBI·MARCH·F·ZAMBECCARIAE
CONIVGI·IOSEPHI·MALVASIAE·VII·VIRI·MVNICIP·
MATRONAE · SVPRA · OMNIA · EXEMPLA
V·A·LVIIII·M·IIII·D·XXV·DEC·X·K·APR·A·MDCCCXIII
FILII · SEPTEM · MATRI · DESIDERATISSIMAE

(LXVIIII)

MARIAE·THERESIAE·FRANCISCI·F·PISTORINIAE
CONIVGI·ΘΘ·ANGELI·PERSIANI·ET·ANT·MARSILI
QVIBVSCVM · VIXIT · CONCORDISSIME
EGENIS · AEGROTISQ · ENIXE · OPITVLATA · EST
INFESTIS · BONVM · PRO · MALO · RETVLIT
AGENS·A·LXIIII·DEC·VIII·ID·APRIL·A·MDCCCXIII
HEREDES · F · C ·

(LXX)

MARIAE · IACOBI · F · TARVFFIAE
VXORI · Θ · IOAN · BAPT · GVARMANI
QVICVM · VIXIT · SVAVISSIME · PER · A · LXVII
IOSEPHVS · GVARMANVS
MATRI · PIAE · SEDVLAE
CONTVBERNIO · EIVS · VOLENS · LIBENS
AD · EXTREMVM · VITAE · VSVS
POSVIT · CVM · LACRIMIS
OB·V·ID·APR·A·MDCCCXIII·NAT·A·LXXXI·M·X·D·XVIII

(LXXI)

MARIAE · THERESIAE · CHRISTOPHORI · F ·
SORMANIAE
DOMO · MEDIOLANO
FEMINAE · MORVM · SANCTISSIMORVM
QVAE · ANNOS · VNDECIM
EX · VTERO · LABORAVIT · PATIENTISSIME
VIXIT · A · XXXXII · M · XI
MAGNO · SVORVM · NOTORVMQVE · LVCTV
DECESSIT · XVII · KAL · MAIAS · A · MDCCCXIII
IOAN · IACOBVS · SARTIVS
MARITVS
MOERORE · EXANIMATVS · F · C ·

(LXXII)

MARIAE · MARII · F · SVTTER
FEMINAE · OPTIMAE
QVAE · SANCTAM · GENETRICEM · DEI
PERPETVA · RELIGIONE · VENERATA · EST
FILIOS · FILIASQVE
PIE · ET · PVDICE · CONFORMAVIT
VIXIT · A · L · M · VII · D · I
DECESSIT · XVII · K · MAIAS · A · MDCCCXIII
IOAN · ANTONIVS · ASTOLFIVS
CONIVGI · RARI · EXEMPLI

(LXXIII)

H · S · E ·

BENEDICTA · AVGVSTINI · COM · SEN · F ·
HERCVLANA
CONIVX · Θ . IOSEPHI · ZAGNONII · MARCH ·
C · F ·
ADLECTA · HONORIS · CAVSSA
INTER·SODALES·CLEMENTINOS·ET·PHILARMONICOS ·
CVIVS · INGENIVM · PRAESTANS
LIBERALITAS · SINGVLARIS · FVIT
VIXIT · A · LXXXI · M · VII · D · XXVII
DECESSIT · XV · K · MAIAS · A · MDCCCXIII
ANTONIVS · STIASSIVS · LEGATARIVS · EX · SEMISSE
ET · COLLEGATARII · F · C ·

(LXXIIII)

☧ HIC · IACET ☧
ANASTASIA · NICOLAI · F · ALDROVANDIA
PVELLA · ANNOR · XIII · MENS · VI
QVAE · HVMILI · LOCO · NATA
OB · VIRTVTEM
MERITA · EST · SEPVLCRVM · ET · TITVLVM
SVMPTV · ALIENO
DECESSIT · PRID · NON · MAIAS
AN · MDCCCXIII

(LXXV)

ANNAE·M·ANTONII·COM·F·BENTIVOLAE
CONIVGI · ΘΘ · FRANCISCI · SAMPIERII · SEN ·
ET · RODVLPHI · FREDII · COM · TVDERTIS
MATRONAE · PIISSIMAE · BENEFICENTISSIMAE
QVAE · POST · DECESSVM · MARITI · SECVNDI
REDVX · IN · PATRIAM
INTER · SVOS · FECIT · SVAVISSIME · ANNOS · X
VIXIT · A · LXXIII · M · VI · D · III
OBIIT · III · ID · MAIAS · A · M·DCCC·XIII
FILII · ET · NEPOTES
POS · AD · SEPVLCRVM · MARITI · PRIMI
ET · SOCRVS · ET · FILIARVM · ET · NVRVS

(LXXVI)

GERTRVDAE · VINCENTII · F · PASIAE
CONIVGI · FORMOSAE · PVDICAE
QVAE · INFANTVLVM · PARTV · SECVNDO · EDITVM
ET · INTRA · BIDVVM · SVBLATVM
POST · DIES · QVATVOR · SVBSEQVVTA · EST
VIXIT · A · XVIII
DECESSIT · IIII · KAL. · IVN · A · MDCCCXIII
IOSEPHVS · FRANCESCHIVS · MED ·
CVM · FILIOLO · PRIMIGENO · DELICIO · MATRIS
F · MARITVS · MAERENTISSIMVS

(LXXVII)

A ☧ Ω

GERTRVDAE · LVDOVICI · F · SPISANIAE
ANNOR · LXV
SVBITA · APOPLEXIS · VI
INTRA · H · QVINQVE · INTERCEPTAE
NONIS · IVN · A · MDCCCXIII
PHILIPPVS · BAZZANIVS
CVM · FILIIS · QVINQVE
P · CONIVGI · PIAE · OPT · AMANTISS ·
DE · SE · SVISQVE · BENEMERITAE

(LXXVIII)

H · S · E ·

ROSALIA · ADEODATI · F · DRAGHETTA
VIXIT · A · XXI · M · VI
DOMINICVS · MIGLIOLIVS
F · C · VXORI · DVLCISSIMAE
DECESSIT · XVI · KAL · NOVEMBR · A · MDCCCXIII
NE · FIDAS · FLORIDIS · ANNIS
HOS · QVOQVE · HEV · MORS · OCCVPAT

(LXXVIIII)

☧

BARBARAE · CAROLI · F · MONDINIAE
ANNOR · XXXXIII · MENS · VII · DIER · XX
QVAE · MECVM · PERAMANTER · FECIT · A · XVIII
PIA · CASTA · DOMISEDA
OBIIT · POSTRID · NON · NOVEMBR ·
A · MDCCCXIII
IOSEPHVS · FABRIVS
POSVI · CVM · LACRIMIS
VXORI · OPTATISSIMAE
AD · SEPVLCRVM · PATRIS · EIVS . SOCERI · MEI

(LXXX)

MARGARITAE · IOAN · BAPTISTAE · F .
ZABALDANIAE
DOMO · MONTE · FORTE · IN · GALLIA · SVBALPINA
CONIVGI · Θ · DOMINICI · VIALII
CONIVGI · PHILIPPI · BELLVZZII
QVAE · VIXIT · A · LXXII
DEC · EX · APOPLEXI · XV · K · FEBR ·
A · MDCCCXIII
IOSEPHINA · ANTIGNANIA · CORSINIA
MATERTERAE · PIAE · BENIGNAE
MERENTI

(LXXXI)

HIC · SITA · EST
CLEMENTINA · PAVLLI · F · PELLEGRINIA
CONIVX · NATALIS · VELIAE
DOMO · ROMA
CANTRIX · EGREGIA
FEMINA · MVLTARVM · VIRTVTVM
EX·MARITI·ET·FILIOR·TRIVM·COMPLEXV·ABSTRACTA
PRID · KAL · FEBRVAR · A · CIↃ · IↃ · CCC · XIIII
VIXIT · ANNOS · XXVIII
AVE · AVE · CONIVX · SVAVISSIMA · DESIDERATISSIMA
QVE · ME · MISERRIMVM · FECISTI
DECESSV · TVO

(LXXXII)

☧ OSSA ☧

GERTRVDAE · CAESARIS · F · BONDIAE
CONIVGIS · Θ · LIBORII · VITERBII
FEMINAE · PIISSIMAE
QVAE·PAVORE·CVLPAE·VSQVE·ET·VSQVE·SOLLICITA
GRAVEM · AFFLICTATIONEM · FORTITER . TVLIT
PAVPERES · BENIGNE · HABVIT
VIXIT · A · LXXXVI
DECESSIT · PRID · NON · FEBRVAR · A · MDCCCXIIII
HEREDES · EX · TEST · POSVERVNT

(LXXXIII)

H · S · E ·

ANNA · IOANNIS · THOMAE · F · CAVALLIA
MATERFAMILIAS · OPTIMI · EXEMPLI
PIA · MITIS · BENEFICA
VIXIT · A · LXXIIII · M · VII · D · XIIII
MORTIS · METV · IN · VITA · PERTERRITA
IN · EXITV · EXEMPTA
DEC · POSTRID · NON · FEBRVAR · A · MDCCCXIIII
PETRONIVS · TORRIVS
CONIVGI · VNANIMAE · ANNOR · XXXXIIII
IOAN · PETRVS · SAC · ET · BARTHOLOMAEVS
MATRI · BENEMERENTISSIMAE · P ·

(LXXXIIII)

H·S·E·APOLLONIA·EVGENII·F·MARCHETTA
DOMO · ROMA · VXOR · Θ · ALOISII · MATTEI
CANTRIX · EXCELLENS · PER · EVROPAM
INGENIO · ET · MORIBVS · PROBATISSIMA
QVAE·FLORENTE·ADHVC·AETATE·SCENAM·DIMITTENS
SOLIDAE · PIETATI · TOTAM · SE · DEDIDIT
VIXIT · A · LXIIII · D · XIIII
GRAVI·VLCERE·IN·CRVRE·MVLTOS·ANN·CONFLICTATA
DIRVM · MORBVM · FORTISSIME · PERTVLIT
OBIIT· EXITV· SANCTISS· VII· K · MART · A · MDCCCXIIII

(LXXXV)

A ☧ Ω

FRANCISCAE · MATTHAEI · F · LELLIAE
CONIVGI · PROSPERI · OGNIBENII
QVAE · VIXIT · A · LV
DECESSIT · VI · K · MARTIAS · A · MDCCCXIIII
PETRONIVS · BORNAZZIVS
CVRATOR · DOMVS · EIVS
PIETATIS · CAVSSA

(LXXXVI)

BIRGITTAE · RETRI · F · CATTANIAE
NATAE · ANNOS · LXXIIII
QVAE · DEI · CVLTVM · DILIGENTEM
CVM · ADSIDVITATE · OPERIS · QVOTIDIANI
ET · STVDIO · DOMVS · REGVNDAE · CONIVNXIT
BENEFICENTIA · IN · EGENTES · AEGROTOSQVE
CARITATE · IN · OMNES · EXCELLVIT
DECESSIT · III · NON · APRIL · A · MDCCCXIIII
IOAN · BAPTISTA · GAMBARINIVS
CVM · ALOISIO · ET · CAIETANO · ET · CAMILLO
FILIIS
VXORI · INCOMPARABILI

(LXXXVII)

☧ THERESIAE · ZINIAE ☧
ANNOR · LXXVIIII
QVAE · CRVRIBVS · CAPTA
VITIVM · CORPORIS · MIRA · PATIENTIA · TVLIT
DIES · SOLIDOS · PRECIB · FVNDENDIS · INSVMPSIT
DECESSIT · III · ID · APRIL · A · MDCCCXIIII
DORALYCE · BARBIERIA · ZINIA
GLORI · SVAE

(LXXXVIII)

ROSAE · IVLII · F · GOMBIAE · NEGRINIAE
CONIVGI · ΘΘ · IOSEPHI · REGAZZII
ET · ANGELI · EMILIANI
QVAE · VIDVITATEM · ANNOR · XXXVIIII
CVRA · IMPENSISS · LIBEROR · ET · REI · FAMILIARIS
SPECTATAM · OMNIBVS · FECIT
PIA · VIXIT · A · P · M · LXXXII
DEC · PRID · KAL · MAIAS · A · MDCCCXIIII
ANNA · REGAZZIA · DALBVONO
ET · EMILIANI · FRATRES
IACOBVS · ET · ALOISIVS · MED ·
CVM · MARIA · EMILIANA · CELLA
SORORE
FECERVNT · MATRI · OPTIMAE

(LXXXVIIII)

CLEMENTINAE · HENRICI · F · MAGNONIAE
ANNOR . XXIIII
QVAE · OBSEQVIO · IN · PARENTES
AMORE · IN · MARITVM
PIETATE · IN · PRIVIGNAS
MIRE · ENITVIT
DECESSIT · IN · PACE · ☧ · VIII · K · IVN ·
A · M · DCCC · XIIII
PETRONIVS · MONTANARIVS
CONIVGI · DVLCISSIMAE

(LXXXX)

LVCIAE · IOANNIS · FRANCISCI · F ·
BANDIERAE
DOMO · BARICELLA · IN · TERRITORIO · N ·
ANNOR · XXXXI · MENS · X · DIER · XV
FEMINAE · INDOLIS · MITISSIMAE
SVAVISSIMAE
QVAE · DECESSIT · XIIII · KAL · AVG ·
A · M · DCCC · XIIII
RELICTA · CAROLOTTA · FILIA · VNICA
AD · OMNEM · PIETATEM · A · SE · INSTITVTA
PETRVS · CALORIVS
P · VXORI · BENE · MERITAE

(LXXXXI)

ANNA · ALOISII · MED · F · RODATA
HIC · SITA · EST
QVAM
ALOISIVS · BANDIERA · DOCT · IVR · SOCER
ET · IOANNES · PAVLLVS · BANDIERA · MARITVS
CONDIDIMVS · CVM · LACRIMIS
QVOD · INGENIOSA · FRVGI · PRVDENS · MORIGERA
CARA · NOBIS . PROBATA · CVIQVE
EXSTITERIT
VIXIT · A · XVIII · M · I · D · XXVIIII
DECESSIT · IN · PVERPERIO FILII · PRIMIGENI
IIII · ID · SEXT · A · M · DCCC · XIIII

(LXXXXII)

CINERIBVS · ET · PIETATI
CLAVDIAE · MARIANI · F · ZANETTAE
IOSEPHVS · PIANIZZA
CONIVGI · SVAVISSIMAE
QVAE · MECVM · EGIT · A . XI
AEGROTAVIT · A · VII
VIXIT · A · XXXIIII
DECESSIT · III · ID · AVG · A · MDCCCXIIII
AVE · CLAVDIA
AVE · MATERFAMILIAS · INCOMPARABILIS

(LXXXIII)

☧ FRANCISCAE · COLLIAE ☧

ANNOR · LX

IOANNES · SOLDATVS

VXORI · PIISS · SOBOLIQ · INSTITVENDAE · ADDICTISS ·

QVAE · RVRI · MECVM · DEAMBVLANS

EX · CASV · IN · FOVEAM · STOREA · CONTECTAM

CRVRE · FRACTO

POST · D · XIIII · INTERIIT · VII · K · SEPT · A · MDCCCXIIII

PROH · DEVS · VBINAM · MORS · HOMINI

NON · INSIDIATVR

(LXXXIIII)

PAVLLAE · ANTONII · F · GRANDIAE

CONIVGI · ALOISII · CONTAVALLII

FEMINAE · RARISSIMAE

QVAE · MARITVM · ADVERSA · FORTVNA · CONFLICTATVM

DE · SVBSTANTIA · SVA · EREXIT

LIBEROS · EXEMPLO · MONITIS · OMNIQ · OPE · IVVIT

VIXIT · A · LX · M · V · D · XII

PIA · MITIS · SOLLERS · CONSTANS

DECESSIT · III · ID · SEPTEMBR · A · MDCCCXIIII

FILII · SEPTEM · P · MATRI · INCOMPARABILI

CVIVS · MEMORIA · EX · EORVM · ANIMIS

NVMQVAM · EXCIDET

(LXXXXV)

ANNAE · PETRONII · F · RIGVZZIAE
CONIVGI · Θ · FRANCISCI · FIORI
ANNOR · LII
DEC · XII · K · OCTOBR · A · MDCCCXIIII
ANGELA · MONTANARIA
FECIT · PIETATIS · CAVSSA
CONTVBERNALI · SVAE
RELIGIOSISSIMAE

(LXXXXVI)

☧ MARIANNAE · NAPOLIAE ☧
ANNOR · XXXVIII
CVIVS · IN · DEVM · PIETAS
IN · EGENOS · LARGITAS
VITAE · INTEGERRIMAE · COMITES · PERPP · FVERE
CAESO · VTERO · IN · PARTV
OBIIT · X · KAL · OCTOBR · A · MDCCCXIIII
ANTONIVS · MODONESIVS
CONIVGI · DVLCISSIMAE
P · C ·



(LXXXXVII)

VRSVLAE · MARIAE · SALIONIAE
PRAEP · REI · FAMILIARI
VALETVDINARII · AZZOLINIANI
ADCVRANDAE
FEMINAE · SEDVLAE · FRVGI · PIENTI
QVAE · VIXIT · A · LXI · M · VIII
DECESSIT · XV · K · DECEMBR · A · MDCCCXIIII
IACOBVS · CVRTIVS
CVM · MAVRO · FILIO
VXORI · OPTATISSIMAE · F · C ·

(LXXXXVIII)

☧ CAROLOTTAE · SOLIMEIAE ☧
ANNOR · XVII · MENS · III · DIER · IIII
FORMA · EGREGIA
MORIBVS · INNOCENTISSIMIS
QVAE · IN · MATRIMONIO · FVIT · M · I · D · XXVIIII
OMNIBVS · COMPLORATA
DECESSIT · XIIII · K · DECEMBR · A · MDCCCXIIII
FLAMINIVS · SOLIMEIVS · ET · ALOISIA · GOLDONIA
FILIAE · OPTIMAE
IOSEPHVS · MONTIVS
CONIVGI · DESIDERATISSIMAE
SIBI · PRAE · OCVLIS · DILECTAE

(LXXXXVIIII)

A ☧ Ω

ANNAE · CAIETANI · F ·
PALAZZETTAE
DOMO CALLIO
QVAM
VALETVDINE · LABORANTEM
ALOISIVS · BVFFONIVS
NEGOTIATOR
MARITVS · EIVS
E · FORO · SEMPRONII · PATRIA · SVA
BONONIAM · CONVALITVM · DEDVCTAM
POST · MENSES · DVOS · EXSTINCTAM
DEFLEVIT
VII · K · DECEMBR · A · M · DCCC · XIIII
NATAM · A · LIII
HAVE · CONIVX · OPTIMA
PIENTISSIMA
DE · FILIIS · DE · DOMO · VNIVERSA · DE · EGENIS
SVPRA · QVAM · CREDI · POTEST
BENEMERITAE

(C)

☧

IVSTINAE · CAROLI · F ·
LOLLIAE
IOSEPHVS · MORANDIVS
MARITVS · INFELICISSIMVS
QVI · EA · AMISSA
NIHIL · VLTRA · IN · VOTIS · HABET
QVAM · VNA · ITERVM · ESSE · CVM · VXORE
PIA · SOLLERTI · OFFICIOSA · BENEFICA
INCOMPARABILI
VIXIT · A · LXI · M · I · D · XVI
PLACIDO · EXITV · DECESSIT
VI · KAL · IANVARIAS
ANNO · MDCCCXIIII

EPITAPHIA PVERORVM

(I)

☧

CAESAR · LANDIVS · SVM
INFANS · BIMESTRIS
OBII · XVII · K · NOVEMBR · A · MDCCCVIIII
ME · AD · SEPVLCRVM · FRATERCVLI
PARENTES · POSVERE

(II)

☧ HERCVLI · BASSANO ☧
INFANTI · TRIMO
VLTRA · ANNOS · INGENIOSO
DELICIO · PARENTVM
ET · DOMVS · VNIVERSAE
RAPTO · IN · CAELVM · III · ID · FEBR ·
A · M · DCCC · X
IOANNES · BASSANVS
ET · MARIA · GNVDIA
FECERE
FILIOLO · VNICO
OPTATISSIMO

(III)

A ☧ Ω

IOSEPHO · MARIAE · RATTAE
INFANTI
VIXIT · D · III · H · X
ACCERSITVS EST · AB · ANGELIS · VIII · K · MARTIAS
A · MDCCCX
FRANCISCVS · RATTA
ET · AEMILIA · DONESMVNDA
PARENTES
QVI · FILIOS · IAM · QVATVOR · CAELO · GENITOS
HEIC · CONDIDERE

(IIII)

HIC · SITVS · EST
CAIETANVS · IACOBI · F · FORNASINIVS
ANNOR · XII · MENS · VI · DIER · XVI
ALVMNVS · ORPHANOTROPHI · BARTHOLOMAEIANI
DECESSIT · XII · K · SEXTIL · A · MDCCCX
AVE · PVER · OPTIME
TV · DOLOR · ET · LVCTVS · PARENTVM
TV · DESIDERIVM · MAGISTRORVM · TVORVM
QVI · TE · SVPRA · AETATEM
SEDVLVM · MORIGERVM · PIVM
MERITO · DILEXERVNT

(V)

☧

PYRITHEO · HERCVLANO
INFANTI · BIMVLO
VENVSTO · ALACRI
INGENIOSO · PRAETER · MOREM
ABREPTO · III · N · OCTOBR · A · MDCCCX
ASTORGIVS · HERCVLANVS
ET · MARIA · MALVETIA
PARENTES
FECERVNT · AD · SEPVLCRVM · AVI · MATERNI
CVIVS · VIRTVTEM · RELATVRVM · EVM · VT · NOMEN
ANIMO · PRAECONCEPERANT

(VI)

IOSEPHVS · BEVILACQVA
ANNICVLVS
HIC · SITVS · EST
FRANCISCVS · BEVILACQVA
CVM · ROSALIA · VELVTIA · ZATIA
VXORE
FECIT · FILIOLO ·
MELLITVLO
RAPTO · III · K · IVLIAS
A · M · DCCC · XI

(VII)

☧

ALOISIO · SEBASTIANI · F · TANARIO

PVERO · SEXENNI

VITA · FVNCTO · III · N · APRIL · A · M·DCCC·XII

IVLIA · MALVASIA · MATER

CVM · FILIIS · SEPTEM

MOERENS · P · AD · SEPVLCRVM · PATRIS · EIVS

CVIVS · INGENIVM · ET · MEMORIAM · ET · PIETATEM

SVPRA · ANNOS · REPRAESENTAVIT

(VIII)

H · S · E ·

LAVRENTIVS · NANNVZZIVS

INFANS · AN · I · MENS · I · DIER · IIII

QVEM · ANICVLA · SINV · GESTANS

PER · SCALAM · SVBITO · CASV · DELAPSA

SECVM · INTEREMIT

XV · KAL · IVN · A · MDCCCXII

FRANCISCVS · NANNVZZIVS · ET · MARIA · FONTANA

PARENTES

INTERITV · ACERBISSIMO · CONSTERNATI

FECERVNT · FILIOLO · PRIMIGENO

SOLATIO · SVO · ET · IOAN. BAPTISTAE · NANNVZZII

AVI · COLLACRIMANTIS

(VIIIL)

AVE · AVE · EDVARDILLE
QVI · ANNOS · INGENIO · ANTEVERTERAS
IDEM · FORMOSVS · LEPIDVS · BONVS
AMOR · ERAS · PARENTVM
PARENTES · AMABAS · MIRE
HEV · OCCVBVISTI
HEV · NIHIL · OPIS · IN · ARTE · MEDICA · FVIT
NIHIL · IN · SOLLICITVDINIBVS · MEIS
MATRISQVE · TVAE · INFELICISSIMAE
AVE · SVPREMVM · ET · VALE
VIXIT · A · V · M · VI · D · III · H · XVIIII
ABREPTVS · EST · XV · K · AVG · A · MDCCCXII
VINCENTIVS · BOTTRIGARIVS
CVM · MARIA · VECCHIETTIA · VXORE
P · FILIO · PRIMIGENO · DESIDERATISSIMO

(X)

☧ ALOISIO ☧
INFANTI · BIMO · SCITVLO · PVLCHELLO
RAPTO · IIII · ID · AVG · A · MDCCCXII
ANTONIVS · SANTAGATA · MED ·
CVM · MAGDALENA · GOVONIA · CONIVGE
POSVIT · FILIOLO
MARGARITIONI

(XI)

☧

IOANNI · RAPHAELI · MONTIO
PVERO · ANNOR · VI · MENS · VI · DIER · XVII
INGENIO · ET · PIETATE · ANNOS · SVPERGRESSO
SPEI · DVLCISSIMAE · SVORVM
SVBLATO · XI · KAL · FEBRVAR ·
A · M · DCCC · XIII
POMPEIVS · MONTIVS
ET · CATHARINA · AMBROSIA
FILIO · CARISSIMO
AD · SEPVLCRVM · AVIAE · EIVS
CVM · LACRIMIS · POSVERVNT

(XII)

☧ HENRICILLO ☧
INFANTI · DIER · QVATVOR
RAPTO · VIIII · K · MARTIAS
A · MDCCCXIII
PETRONIVS · MONTANARIVS
ET · CLEMENTINA . MAGNONIA
FILIO
AD · SEPVLCRVM · FRATERCVLI · EIVS
F · C ·
FATO · ITERVM · DECEPTI

(XIII)

☧ LVDOVICO · MONTIO ☧
PVERO · INNOCENTISSIMO
QVI · DEVM · ET · SACRA · EIVS
IN · DELICIIS · HABVIT
DEDITVS · LITTERIS · MORIGERVS · SVIS
MISERESCENS · EGENORVM
VIXIT · A · XI · M · VI · D · XXV
MORBI · PATIENS · CAELESTIA · RECOGITANS
DECESSIT · DOLOR · PARENTVM
ET · FRATRIS · AMANTISSIMI
VI · NON · MAIAS · A · MDCCCXIII
POMPEIVS · MONTIVS · ET · CATHARINA · AMBROSIA
FILIO · OPTIMO · F ·

(XIIII)

☧ TITO · MONTANARIO ☧
INFANTVLO · DIER · XXVIIII
DEC · XIII · K · AVG · A · MDCCCXIII
FRANCISCVS · MONTANARIVS
CVM · AVRELIA · FIACCHIA
VXORE
POSVIT · FILIO
FLOSCVLO · SVO
ET · MATRIS · MOESTISSIMAE

(XV.)

☧ MARCELLO ☧

PVERVLO · QVADRIMO

INGENIOSO

ET · CVM · SVMMA · ALACRITATE

MANSVETISSIMO

QVI · RAPTVS · EST · V · ID · OCTOBR ·

A · M · DCCC · XIII

IOANNES · VICINIVS · ADV ·

CVM · MARIANNA · CONTIA

VXSORE

FILIO · RARISSIMO

DELICIO

EPITAPHIA PVELLARVM

(I)

HAVE · ET · VALE · VIRGINIA
HERCVLES · NALDIVS · ET · THERESIA · STEFFER
TIBI · POSVIMVS · PARENTES
FILIAE · ANNICVLAE · DVLCISSIMAE
ABREPTAE · XVIII · K · SEPTEMBR · A · MDCCCVIIII

(II)

HEIC · AD · SEPVLCRVM · SORORCVLAE · SITA · EST
CLEMENTINA · ZAMBECCARIA
DIER·VIIII· HOR ·VIII· RAPTA· III ·ID· IAN ·A· MDCCCX
FECERVNT · PARENTES
QVI · DE · SVSCEPTA · SOBOLE · CEPERVNT · NIHIL
NISI · DOLOREM · PRAEPROPERAE · AMISSIONIS · EIVS

(III)

HIC · SITA · EST · ANNA · MIOLIA · PVELLA
QVAE · FORMA · ET · INGENIO · NITENS
ORBITATEM · PARENTIBVS · LVCTVOSISSIMAM
RELIQVIT
VIXIT · A · XI · M · III · D · XX
DECESSIT · IDIB · MAIIS · A · MDCCCX
VINCENT·MIOLIVS·CVM·DOMINICA·ZANOTTA·CON·
FECIT · FILIAE · VNICAE

(IIII)

H · S · E · CAROLINA · FALARDIA
AVE · CAROLINA · SVAVISSIMA
TE · VINCENTIVS · TE · VERONICA · PARENTES
TE · AMICI
BELLVLAM·MELLITAM·OBSEQVENTEM·SVPRA·ANNOS
LVGENT · ABREPTAM · NONDVM · TRIMAM
XIII · K · SEXTIL · A · MDCCCX

(V)

HEV · ABIISTI · CLEMENTILLA
PVLCHELLA · BLANDVLA · ALACRIS · DOCILIS
LACRVMANT · PARENTES
VINCENTIVS · BASSANVS · ET · ADELAIS · MAZZONIA
COLLACRVMANT · NOTI · OMNES
QVI·TE·QVINQVENN·AMISERE·PRID· K·AVG·A· MDCCCX
O · DIES · ATRA · ACERBISSIMA

(VI)

☧ MATILDAE · TRIBOLAE ☧
INFANTI · MENSIVM · SEXDECIM
PARENTES · FECERVNT · FILIAE · DVLCISSIMAE
AD · SEPVLCRVM · FRATERCVLI · EIVS
RAPTA · EST · IIII · ID · SEBTEMBR · A · MDCCCX
O · VTINAM · QVI · VNICVS · RESTAT · FILIVS
EVM · BONVS · SERVET · SOSPITETQVE · DEVS

(VII)

☧ IVDITHAE ☧

PVELLVLAE · QVADRIMAE
QVAE · FATVM · MATRIS · THERESIAE · SAGLIONIAE
ANNO · IPSO · VERTENTE · SEQVVTA · EST
IOS · PILOTTVS · MAG · PHILARM · P · FILIAE
HEV · IAM · NEC · MARITVS · NEC · PATER

(VIII)

HELENILLAE · INFANTI · MENSIVM · DECEM
PETRVS · ALDROVANDVS · CVM · IVLIA · PEPVLA · CON ·
POSVIT · FILIAE · VNICAE
QVAM · IN · SENIO · SVSCEPTAM · PROH · DOLOR · AMISIT
RAPTA · EST · IIII · ID · IVL · A · MDCCCXI

(VIIII)

☧ CATHARINA ☧

PVELLA · ANNOR · X · MENS · IIII
HIC · SITA · SVM
AMOR · ET · DESIDERIVM
FLAMINII · SOLIMEI · ET · ALOISIAE · GOLDONIAE
PARENTVM · CARISSIMORVM
QVI · ME · SIBI · ABREPTAM · LVXERVNT
V · ID · SEPTEMBR · A · MDCCCXI
PARCITE · LACRIMIS · PARENTES
BEATA · SVM

(X)

☧ AVRELIA ☧

INFANS · VENVSTVLA · SVAVIS

QVAE · OBIIT · ANNICVLA

V · NON · MARTIAS · A · MDCCCXII

H · S · E ·

LAVR · PETRAMELLARA · ET · CAROLOTTA · SCAPPIA

FILIAE

ANIMVLAE · IOCVNDISSIMAE

(XI)

☧ GERTRVDILLA · COSTETTA ☧

INFANS · DIER · VIII

SITA · SVM · AD · SEPVLCRVM · AMITAE

QVAE · ME · PARVVLA · PARVVLAM · ACCERSIVIT

RAYMVNDVS · COSTETTVS · ET . MAGD · LODIA

PARENTES · FEC · XV · K · APRIL · A · MDCCCXII

(XII)

☧ THERESILLAE ☧

PVELLAE · ANNOR · IIII

CASAZZAE · CONIVGES · IOANNES · ET · FRANCISCA

PARENTES

DEC · XIII · K · AVG · A · MDCCCXIII

THERESILLA · NOBIS · VBI · VIVIS

PROXIMVM · TIBI · ADPARA · NAM · POTES · LOCVM

(XIII)

☧

ALOISIAE · FORNASARIAE
PVELLAE · RARISSIMAE
QVAE · INGENIO · PIETATE · Q ·
AETATEM · SVPERAVIT
MVTINAE · IN · PARTHENOTROPHIO
AD · MYSTICVM · EPVLVM
ANNVM · AGENS · NONVM
ADMISSA · EST
DIVTINAM · ET · PERMOLESTAM · AEGROTATIONEM
EX · CASV · PRAECIPITI · CONTRACTAM
SINE · QVESTV · PERTVLIT
VIXIT · A · VIIII · M · X · D · XVIIII
DECESSIT · XV · KAL · IAN ·
ANNO · MDCCCXIII
IOANNES · FORNASARIVS
FILIAE · VNICAE
AD · SEPVLCRVM · VXORIS · SVAE
MATRIS · EIVS
BENE · VALE · OCVLE · MI
CVM · MATRE · TVA



(XIIII*)

CONSTANTIAE · MARIAE · GRABINSKIAE
INFANTI · DIER · XVIIII
QVAE · CAELVM · PETIIT · VII · K · APR · A · MDCCCXIIII
IOSEPHVS · GRABINSKIVS
ORT · POLONVS · INCOLA · BONONIENSIS
DVCTOR · ORDD · IN · EXERCITV · PATRIO
E · PROCERIB · STELLIGEROR · MILITIAE · POLONICAE
EQ · LEGIONIS · HONORATORVM
EQ · CORONA · FERREA · EQ · CORONA · SICVLA
CVM · MARIA · ANNA · BROGLIA · COM ·
VXORE
FILIAE · PRIMIGENAE · DESIDERATISSIMAE

(XV)

☧ PALMILLAE ☧
ANNOR · II · MENS · III
VINCENTIVS · CARRATVS
CVM · MARIA · VERONESIA · CONIVGE
FILIOLAE · DVLCICVLAE
HEV · RAPTAE · VIII · KAL · QVINT ·
A · MDCCCXIIII

EPITAPHIA SACRICOLARVM

(I)

IOACHIMO · PASIO · SAC ·
VIRO · PIO · SOLLERTI · PROVIDO
QVI · CVLTVM · TEMPLI · MARIAE · LVCANAE
INSTANTIA · ET · PECVNIA · SVA · AVXIT
ASCETERIVM · AD · PROCVLI · MART ·
PVERIS · DIEB · FESTIS · COGEND · OMNI · OPE · FOVIT
NATVS · ANNOS · LXIIII
INOPINATO · EXITV · DEC · VI · K · FEBR · A · MDCCCVIIII
FRATRES · MOERENTES · P · C ·

(II)

H · S · E · GALEATIVS · MARISCOTTVS
ARCHIPRESBYTER · TEMPLI · METROPOLITANI
DOCTOR · COLLEGIATVS · IVRIS · CIVILIS
DOCTOR · EMERIT · ARCHIGYMN · IVD · CLERICIS · PROBAND ·
ANTISTES · VICE · SACRA · PER · INTERREGNVM · A · MDCCLXXV
PRAEP · SPOLII · ET · PECVNIAE · MVLTATICIAE
BASILICAE · VATICANAE · EXAEDIFICANDAE
VIR · RELIGIONE · GRAVITATE · BENEFICENT · SPECTATISS ·
VIX · A · LXXIIII · OB · PRID · N · MART · A · MDCCCVIIII
HERCVLES · ET · FRANC · PRAEF · CLASS · REGIS · SICIL · VTR ·
FRATRI · OPTIMO

(III)

☧ HIC · IACET ☧

IOSEPHVS · PETRI · F · GAMBARINIVS

SAC ·

QVI · PRAEFVIT · CVRIAE · AD · LEONARDI · A · XXXVIII

EA · SVBLATA

VICARIO · MVNERE · CVRIONI · AD · MARIAE · MAGD ·

FVNCTVS · EST · AD · AED · ORPHANOR · MENDICANT · A · III

VIR · OFFICII · SVI · RETINENTISSIMVS

AGENS · A · LXXVIII

OBIIT · PRID · KAL · IVL · A · MDCCCVIIII

(IIII)

H · S · E ·

AVGVSTINVS · BONOMIVS · SAC ·

QVI · VIVVS

PROXIMOS · QVANTVMCVMQVE · POTVIT

IVVIT

NVNC · DEMORTVVS

EORVM · SE · PRECE · RECREATVM · IRI

SPERAT

VIXIT · A · LXXX

DECESSIT · IDIB · FEBRVAR ·

A · M · DCCC · X

SIBI · FIERI · TEST · IVSSIT

(V)

☧ CINERIBVS · ET · MEMORIAE ☧
LVDOVICI · PRETI · SAC ·
VIRI · PRAESTANTISSIMI
QVI · ANTE · INITVM · SACERDOTIVM
AB · ACTIS · SENATVS · FVIT
POST · AB · EPIST · LEGATI · P · M · AD · IMP · IOS · II · AVG ·
DEIN · ROMAE · ADLECTVS · INTER · SCRIBAS · ADIVTT ·
CARD · PRAEFECTI · NEGOTIIS · PVBLICIS
ORATIONIB · CONDEND · PLVRIMAM · LAVDEM · PROMERVIT
VERSVS · FECIT · ORNATOS · ELABORATOS · Q ·
PIETATEM · SVPRA · OMNIA · EXCOLVIT
VIX · A · LXXXII · M · VII · D · V · DEC · XII · K · APR · A · MDCCCX
PHILIPPVS · FRATER
POSVIT · CVM · LACRIMIS

(VI)

H · S · E · FRANCISCVS · GAMBINIVS · DOMO · ROMA
CANONICVS · S · MARIAE · IN · VRBE
COOPT · IN · SCRIBAS · ADIVTT · CARD · VICE · SACRA · P · M ·
PRAEFECTVRA · CLERI · PERFVNCTVS
PIVS · DOCTVS · COMIS · VIXIT · A · XXXXVI
RELIGIONIS · CAVSSA · PATRIA · EXTORRIS
SVBITO · EXCESSV · OBIIT · III · K · FEBR · A · MDCCCXI
IN · PACE · ☧

(VII)

CINERIBVS · ET · PIETATI
PAVLLI · IACOBI · F · TONTII
ALVMNI · ECCL · BONONIENS ·
ADOLESCENTIS · INGENII · PRAESTANTIS
ET · SPEI · OPTIMAE
QVEM · NATVM · ANNOS · XVIIII · M · VI
MORS · INTERCEPIT · PRID · ID · IVN · A · MDCCCXL
SACERDOS
VIRTVTEM · EIVS · FLORESCENTEM
EXSTINCTAM · MOERENS · F · C ·

(VIII)

HIC · SITVS · EST
IOANNES · BAPTISTA · BARATTVS
SAC ·
A · CRVCE · A · SYRMATE
CARD · III · LEGATORVM · IN · PROV · N ·
PRAEP · SACROR · BASILICAE · STEPHANIANAE
QVI · NITOREM · AEDIS · EIVSDEM · ADCVRAVIT
CVLTVM · DEI · OMNI · STVDIO · PROVEXIT
VIR · SVAVIS · OFFICIOSVS · BENEFICVS
CARVS · OMNIBVS
VIXIT · ANNOS · LVIII
DECESSIT · V · ID · IVLIAS · A · MDCCCXL

(VIIII)

ANTONIO · IOANNIS · F · GAGGIOLIO
SACERD · A · CONFESSIONIB · VIRGG · SACRAR ·
QVEM · DOCTRINA · ET · PIETATE · INSIGNEM
SVMMI · VIRI · MODERATOREM · SIBI · DELEGERE
CVNCTI · OBSERVAVERVNT
VIX · A . LXXX · DEC · XII · K · SEPTEMBR · A · MDCCCXI
IOAN · BAPTISTA · GAGGIOLIVS · SAC ·
FRATRI
☧ · REQVIETEM · ANIMAE · CONCORDISSIMAE

(X)

PARISIO · IOANNIS · BAPT · F · GHINIO
MONACHO · CAMALDVLENSI
RAVENNAE · THEOLOGIAM · DOCVIT · ALVMNOS · ORD · SVI
COENOBIO · CLASSIANO · PRAEFVIT
PETRAE · ONORII · FABRIANI · FAVENTIAE
MVNERE · CVRIONIS · FVNCTVS · EST
REDVX · IN · PATRIAM
CONCIONIB · MORES · RVSTICORVM · CONFORMAVIT
VIXIT · A · LVIII · M · VIIII · D · XXV
COMIS · BENEFICVS · ACCEPTVS · CVIQVE
DECESSIT · PRID · KAL · SEPTEMBR · A · MDCCCXI
FRANCISCVS · SAC · ET · ALOISIVS
FRATRI · AMANTISSIMO · POSVERE

(XI)

LVDOVICO·IOSEPHI·DOCT·F·PATVZZIO·SAC·
SODALI · CALASANCTIANO · VIRO · DOCTISSIMO
QVI · PARMAE · VOLATERRIS · CORRIGII
MATHESIM · PHYSICAMQVE · TRADIDIT
ANCONAE·MVNERE·THEOLOGI·VINC·RANVTII·CARD·EP·
FVNCTVS · EST
CONCIONES·PER·ITALIAM·PROBATISSIMAS·HABVIT
VIXIT · A · LXVIII
EXITV·PIISS·EMIGRAVIT·PRID·N·SEPT·A·MDCCCXI
VINCENTIVS · PATVZZIVS · ADV ·
FRATRI · CARISSIMO · P ·

(XII)

DOMINICO·GALAZZIO·SAC·DOCT·LEGVM
QVI · SOCIETATI · IESV · NOMEN · DEDIT
PRAESTANS · INGENIO
IMPIGER · AD · STVDIA · DISCIPLINARVM · OMNIVM
CVLTOR · EXIMIVS · PIETATIS
CONTEMPTOR · ET · CASTIGATOR · SVI
VIXIT · A · XXV · M · X · D · VIII
DECESSIT · EXITV · SANCTISSIMO
PRID·NATALEM·VIRG·GENETRICIS·DEI·A·MDCCCXI
VINCENTIVS·GALAZZIVS·ET·ELISABETHA·TORRIA
FILIO · OPTIMO · RARISSIMO

(XIII)

IOAN · CHRYSOSTOMO · NORIEGAE · SAC ·
HISPANO · EX · PROV · ASTVRIA
VIRO · PRISTINAE · PIETATIS · ET · INNOCENTIAE
QVI · SACROSANCTAM · HOSTIAM
QVOTIDIE · QVAM · SAEPISSIME · POTVIT
PER·TEMPLA·SINGVLARI·RELIGIONE·VENERATVS·EST
VIXIT · A · LXVIIII
IN · SOCIET · IESV · QVOAD · EA · STETIT · A · XIIII
COMIS·FRVGI·OSOR·DESIDIAE·SOLATOR·AEGROTOR·
DECESSIT · V · KAL · OCTOBR · A · MDCCCXI
PETRVS · BENELLIVS
F · C · NE · SANCTITATIS · EIVS · MEMORIA · INTEREAT

(XIIII)

H · S · E · ANTONIVS · MAGNANIVS
SAC · SOC · IES · QVOADVSQVE · EA · MANSIT
DOCTOR · DECVRIALIS · POLITIORVM · LITTERARVM
PRAEF · BIBLIOTHECAE · INSTITVTI · BONONIENSIS
VIR · IVDICII · ACERRIMI
QVI·LIBR·PICTAS·TAB·GEMM·OMNI·STVDIO·COMPARAVIT
SVBSTANTIAM · VNIVERSAM
NOVAE·BIBLIOTH·IN·VSVM·MVNICIPVM·SVOR·FVNDAND·
TESTAMENTO · ADDIXIT
VIXIT · A · LXVIII · DECESS · ID · DECEMBR · A · MDCCCXI

(XV)

☧ OSSA ☧

PETRI · ANTONII · GOZZOLI

SACERDOTIS

QVI · PRAEFVIT · CVRIAE

AD · MARIAE · LABARI · CAELI

A · XXX

AEDEM · HONORIS · SVI · A · SOLO · REFECIT

CVRIANIS · ACCEPTISSIMVS · FVIT

VIXIT · A · LXXVII · M · III · D · XIIII

DECESSIT · PRID · ID · MARTIAS · A · MDCCCXII

TEST · SIBI · PONI · IVSSIT

(XVI)

H · S · E ·

ARCHANGELVS · FRANCISCI · F · LAGHIVS

MONACHVS · CARTHVSIANVS

COENOBII · HVIVSCE · QOADVSQVE · STETIT

PRAEP · PRIMVS · SACRIS · COEMETERII · CVRAND ·

VIR · IN · EXEMPL · PIVS

QVI · SVPELLECTILEM · AEDIS · DILIGENTISS · SERVAVIT

ET · DE · SVO · AVXIT

VIXIT · A · LXV

OBIIT · XIII · K · APRILES

A · MDCCCXII

(XVII)

NICOLAO·BARTHOL·F·CHIARELLIO·PANNINIO
DOMO · CENTO
CANONICO · RHENANO ·
ARCHIDIACONO · ECCLESIAE · BONONIENSIS
VIRO · GRAVI · CONSTANTI · FRVGI
DISCIPLINAE · IN · REB · OMNIB · SERVANTISSIMO
VIXIT · A · LXVIIII · M · VIII · D · XIIII
DECESSIT · PRID · NON · OCTOBR · A · MDCCCXII
BARTHOLOMAEVS · CHIARELLIVS · PANNINIVS
QVI · ET · FERRARIVS
FRATRIS · F · PONEND · CVR ·

(XVIII)

H·S·E·IOSEPHVS·TOMBA·SAC·SODALIS·BARNAB·
QVI · RHETORICAM · DOCVIT
LATINAE · ITALICAEQVE · LINGVAE · ELEGANTIAS
CALLVIT · QVAM · QVI · MAXIME
ADOLESCENTES·LITTERIS·PIETATEQ·SEDVLO·IMBVIT
VIXIT · A · XXXIIII · M · VIIII · D · XVII
INNOCENS · VITA · TENAX · PROPOSITI
SVAVIS · ORE · ET · SERMONE
PHTHISI·QVADRIENNI·CONSTANTISSIME·TOLERATA
PLACIDO·EXITV·EMIGRAVIT·IIII·K·NOV·A MDCCCXII
PATER · ET · FRATRES · TRES · M · F · C ·

(XVIIII)

☧ OSSA ☧

IOAN·BAPTISTAE·ALEXANDR·MARCH·F·PAVERI

DOMO · PLACENTIA

QVI · SODALITIO · PHILIPPIANORVM

BONONIAE · NOMEN · DEDERAT

AB . ANDREA · IOANNETTO · CARD · ARCHIEP · N ·

INTER · CANONICOS · TEMPLI · METROPOLITANI

ADLECTVS · FVIT

VIXIT · ANNIS · LXXIII

INTEGER · COMIS · BENEFICVS

MVNERIBVS · ET · HONORIBVS

OMNIQ · PIETATIS · OFFICIO · ENIXE · FVNCTVS

DECESSIT · XI · KAL · IAN · A · MDCCCXII

(XX)

LEOPOLDO · FELICI · CODINIO · SAC ·

QVI·MVNVS·RECTORIS·MINORIS·COLLEGI·CLERICOR·

EGIT · ANNIS · XXVIII

VICEM · MAIORIS · EXPLEVIT · ANNIS · IIII

PRVDENTIA · ET · SEDVLITATE · PRAESTITIT

SVAVITATE · MORVM · CARVS · VNIVERSIS · FVIT

VIXIT · A · LXXVIII

PIO · EXITV · DECESSIT · III · K · MAIAS · A · MDCCCXIII

HEREDES · PONENDVM · CVRAVERVNT

(XXI)

HIC · SITVS · EST
HIERONYMVS · SALADINIVS · SAC ·
DOMO · LVCA · QVI · ET · BONONIENSIS
EQ · LEGIONIS · HONORATORVM
CANONICVS · DECANVS · TEMPLI · METROPOLITANI
DOCTOR · EMERITVS · ARCHIGYMNASII
SODAL· BENEDICTIN· SODAL· REGIVS· INSTIT·ITALICI
MATHEMATICVS · EXIMIVS
QVI · SCRIPTIS · EDITIS · LVCVBRATISSIMIS
PER·EVROP·VNIVERS·MAXIMVM·SIBI·NOMEN·COMPARAVIT
VIX· A· LXXVIII · DEC· K· IVN · A · MDCCCXIII
HEREDES · F · C ·

(XXII)

H · S · E · PETRVS · ALOISII · F · GNVDIVS · SAC·
DOCTOR · PHILOSOPHIAE
QVAM·TRADIDIT·CENTI·IN· COLL·ALVMNOR· ECCLES·
IN · PATRIAM · REDVX · ALVMNIS · POETIANIS
AD · MORTEM · VSQVE · PRAEFVIT
IVDEX · CLERICIS · PROBANDIS
VIR · INGENIO · PRVDENTIAQVE · ACVTISSIMVS
RELIGIONE · ET · MORIB · COMMEMORABILIS
VIXIT · A · LXIII · M · I · D · XVIIII
DECESSIT · IIII · K · IVL · A · MDCCCXIII

(XXIII)

HIC · IACET
ANGELVS·ANTON·FRANCISCI·F·GIOANNINIVS
DOMO · MEDICINA · IN · TERRITOR · N ·
CVI · INTER · FRATRES · FRANCISCALES · REFORMATOS
THEODORVS · NOMEN · FVIT
MAGISTER · THEOLOGIAE
ADMINISTER · PROVINCIALIS · ORDINIS · SVI
DOCTOR·DECVRIALIS·IVR·SACRI·IN·GYMNAS·CAESENAT·
ORATOR · PROBATVS · ADSIDVVS
VIR · COMIS · BENIGNVS · ACCEPTVS · VBIQVE
VIX·A·LIII·M·II·D·XI·DEC·XVI·K·SEXT·A·MDCCCXIII

(XXIIII)

☧ CINERIBVS · ET · PIETATI ☧
RODVLPHI · GOZZOLI · SAC ·
ADLECT·INTER·FRATRES·FRANCISCALES·CAPVLATOS
MAGISTRI · THEOLOGIAE
CENSVRA·PROVINCIAE·PRAEFECTVRAQ·COENOBI·SVI
PLVRIES · ET · NAVITER · FVNCTI
CONCIONATORIS · QVADRAGENARII · ANNOS · LIIII
VIXIT · A · LXXXIII · M · II · D · XXVI
DECESSIT · XI · K · NOVEMBR · A · MDCCCXIII
LIBERATVS · MONTANARIVS
SODALIS · ET · HERES · F · C ·

(XXV)

☧ ANTONIO · SCARPELLIO ☧

DOMO · ROMA

A · PIO · VII · PONT · MAX ·

CVI · GRATIOSISSIMVS . FVIT

INTER · CVBICVLARIOS · HONORARIOS

DOMVS · PONTIFICALIS · ADLECTO

VIRO · COMI · FRVGI · INDVSTRIO

STVDIO . RELIGIONIS · PIETATE · IN . PARENTES

LAVDE · ELOQVENTIAE · ET · POESEOS

SPECTATISSIMO

VIX · A · LXIIII · DEC · IN · PACE · XII · K · IAN · A · MDCCCXIII

FRATER · ET · SORORES · MOERENTES · POSVERE

(XXVI)

H · S · E · VINC · VENANTIVS · PII · F · BARTOLVS

SODALIS · DOMINICIANVS · MAGISTER · THEOLOGIAE

CONCIONATOR · PER · ITALIAM · LAVDATISSIMVS

PRAEFECTVRAM · COENOBII · SVI

QVOD · FVIT · AD · DOMINIC · P · PLVRIES · ADMINISTRAVIT

VIX · A · LXXIIII · D · XXI

APOPLEXI · DIVTINA · CONFLICTATVS

DECESSIT · POSTRID · KAL · MARTIAS · A · MDCCCXIII

PETRON · SALIMBENIVS · SAC · ET · SEBAST · LORENZINIVS

CVRATORES · TESTAMENTI · F · C ·

(XXVII)

A ☧ Ω

HIC · SITVS · EST
PETRVS · GVIZZIVS · SAC ·
DOMO · SPOLETO
CVRIO·AD·APOLLINARIS·IN·TERRITORIO·PATRIO
QVI · ANNO · MDCCCX
NE · A · PONTIFICE · MAXIMO · DEFICERET
EXSILIVM · PASSVS
PLACENTIAM · PRIMVM · RELEGATVS
DEIN · BONONIAM
IBIQVE·ET·FORICORNELII·ET·LVCI·IN·AEMILIA
CARCERE · INCLVSVS
A · MDCCCXIIII · IVRIBVS · ECCLESIAE
DIVINITVS · RESTITVTIS
BONONIAM · REVERSVS
PHTHISI·EX·CAPTIVITATE·AERVMNISQ·CONTRACTA
POST · MENSES · VI · DIES · XVIII
NATVS · A · L
DEC · EXITV · SANCTISSIMO · VII · KAL · IVLIAS
IN · AEDIBVS · CLAVDIAE · MARCHESINIAE · VIDVAE
VBI · ET · PRIMITVS · HOSPITATVS · FVERAT

(XXVIII)

H · S · E · ALOISIVS · VINCENTIVS · GANDOLFIVS
SODALIS · DOMINICIANVS · MAGIST · THEOL · PROV · SVAE
VIR · DOCTRINA · ET · ERVDITIONE · INLVSTRIS
PIETATE · MODESTIA · AFFLICTATIONE · CORP · SINGVLARIS
CONTEMPTOR · SVI · RERVMQ · OMNIVM · HVMANAR ·
AMATOR · PAVPERTATIS · SOLATOR · EGENORVM
COMIS · OFFICIOSVS · CARVS · VNIVERSIS
NATVS · A · LXXXII · M · I · D · VIIII
ITERATO · APOPLEXIS · ICTV · OBIIT · IN · PACE
VI · NON · IVLIAS · A · MDCCCXIIII
ALOISIVS · BECCHETTVS
SODALI · VETERI · COENOBII · EIVSDEM · QVOAD · STETIT
AMICO · SVAVISSIMO · QVOAD · VIXIT · F · C ·
HAVE · ET · VALE · MEIQVE · MEMOR · ESTO

(XXVIIII)

PETRO · ALEXANDRO · DOMINICI · MARIAE · F ·
MAZZONIO · SAC ·
COOPT · IN · COLL · CANONICOR · BASILIC · PETRONIAN.
AB · ACTIS · COLLEGII · SVI · SYNDICO · EIVSDEM
CVI · STVDIOSISS · DILIGENTISS · Q · PRAEBVIT · OPERAM
VIRO · PIO · FRVGI · MODESTO · ERVDITO
VIX · A · LXVI · DEC · X · K · DECEMBR · A · MDCCCXIIII
IOSEPHVS · MAZZONIVS · TAB · FRATRI · OPT · B · M ·

(XXX)

A ☧ Ω

PETRO · ALOISII · ADV · F · MAGNONIO
DOCTORI · THEOLOGO
CVRIONI · AD · ISAIAE
A · CONFESSIONIB · SORORVM · ANGELIANARVM
PRAEP · AD · COLL · CAN. BASILICAE · PETRONIANAE
IVDICI · CLERICIS · PROBANDIS
A·DECRETIS·RESCRIPTISQ·ARCHIEPISCOPOR·NOSTROR·
VINCENTII · MALVETII · ANDREAE · IOANNETTI
CAROLI · OPPIZZONII · VV · EE ·
QVIBVS · OMNIBVS
PROPTER·DOCTRINAM·PRVDENTIAM·INTEGRITATEM
PROBATISSIMVS · ACCEPTISSIMVS · Q · FVIT
VIRO · PIETATE · MODESTIA · AEQVANIMITATE
STVDIO · RELIGIONIS
COMMEMORABILI
VIXIT · A · LXXVII · M · VIIII · D · XII
MOEROR · ET · LVCTVS · CLERI · VNIVERSI
HILARIS·MORTEM·OBIVIT·VI·ID·DEC·A·MDCCCXIIII
HEREDES · M · P ·

EPITAPHIA
VIRGINVM DEO DEVOTARVM

(I)

HIC · IACET
ROSALIA · BELVEDERIA
SOROR · CLARALIS · COENOBI · VIGRIANI
CVLTRIX · DEI · OMNIPOTENTIS · ADSIDVA
STVDIOSISSIMA
VIXIT · ANN · LXIIII
DECESSIT · VII · ID · FEBR · A · MDCCCVIIII

(II)

H · S · E ·
ANGELA · MARIA · XAVERIA · RAMPIONESIA
VIRGO · AVGVSTINIANA · VELATA
COENOBI · QVOD · FVIT · AD · MARIAE · ANGELIANAE
HAEC
INGENIO · ALACRI · MORIBVS · SVAVISSIMIS
PATIENTIA · AEGROTATIONVM · COMMEMORABILI
ENITVIT
VIXIT · A · LVIII · M · III . D · XVIIII
CVM · SORORIBVS · A · XXXX
DECESSIT · XV · KAL · APR · A · MDCCCVIIII

(III)

☧ PAVLLA · MIGNANIA ☧

ANCILLA · SANCTIMONIALIS · VIGRIANA

HEIC · SITA · EST

AEGROTATIONES·PLVRIMAS·ANIMO·INVICTO·SVBIIT

VIX·A·LXVI·EMIGR·VIIII·K·IVN·A·MDCCCVIIII

(IIII)

ROSAE · IOSEPHI · F · TOLOMELLIAE

VIRGINI · VRSVLANAE · DOMISEDAE

QVAE·VITAE·IN TEGERRMA·RELIGIONIS·OBSERVANTISS·

EADEM · COMIS · HILARIS · FVIT

VIX·A·LXXV·OB·POSTRID·K·AVG·A·MDCCCVIIII

FRANCISCA · TOLOMELLIA · MINGONIA

SORORI · CARISSIMAE

CAIETANVS · MINGONIVS · DOCT · IVR · TAB ·

MATERTERAE · OPTIMAE · F · C ·

(V)

HIC · IACET

ANGELA · M · THERESIA · CALCAGNINIA

DOMO · FERRARIA

ADLECTA · INTER · VIRGG · AVGVSTINIAN · VELATAS

COENOBI · QVOD · FVIT · AD · MARIAE · ANGELIANAE

POST · ANN · LXXXIII · INNOCENTISSIME · PERACTOS

IIT · AD · SPONSVM · IIII · K · SEPT · A · MDCCCVIIII

(VI)

H · S · E · MARIA · STORANIA · FERRARIENSIS
VIRGO · CLARALIS · ANTISTITA · COENOBII
MAR·VICTORIALIS ·AD· PVTEVM· RVBR· QVO· DELETO
IMMIGRAVIT · IN · COENOB · VIGRIAN · DECESS· XV· K·
FEBRVARIAS · A · MDCCCX · NATA · ANNOS · LXXVI

(VII)

FORTVNATAE · IOS · COM · F · MALVETIAE
MATRI · DEVOTAE · FRANCISCALI
·ANTISTITAE · POSTREMAE · COENOBII
QVOD · FVIT · AD · NABORIS · ET · FELICIS · MARTT ·
VIX · A · LXXII · D · IIII · DEC · III · ID · APR · A · MDCCCX
MALVETII · FRATRES · VINCENTIVS · ET · PETRVS
AMITAE · PIISSIMAE · F · C ·

(VIII)

MARIAE · MAGDALENAE · CONVENTIAE
VIRG·DOMINICIAN·VELAT·COENOB·Q·F·AD·IOAN·BAPT·
PIAE · PRVDENTI · COMI · ACCEPTISSIMAE · SORORIB ·
QVAE · AEGROTATIONEM · ANNOR · NOVEM
DIRA · ETIAM · APOPLEXI · EXASPERATAM
FORTIS · HILARIS · TVLIT
VIX · A · LXVI · DEC · POSTRID · K · DEC · A · MDCCCIIII
BENEDICTVS · CONVENTIVS · SAC · ADV ·
FRATER · M · P · A · MDCCCX

(VIIII)

H·S·E·MARIA·ANGELICA·LAVR·F·BONAZZIA
QVAE · ET · BOTTAZZIA
POSTREMA · FAMILIAE · SVAE
VIRGO · FRANCISCALIS · VELATA
COENOBI·QVOD·FVIT·AD·LVDOVICI·ET·ALEXII
MAGISTRA · SORORVM · NOVICIARVM · QVINQVIES
DOCTA·LATIN·LINGVAM·ET·HISTORIAM·ECCLESIAE
PIISSIMA · VIXIT · A · LXXXIIII · M · IIII · D · II
NOVEM · ABHINC · ANNIS · CAPTA · OCVLIS
OBIIT · MORTEM · VITAE · CONSENTANEAM
VI · KAL · MARTIAS · A · MDCCCXI
BALTASSAR · CARRATVS
VIRTVTIS · EIVS · ERGO · P ·

(X)

ANNA · CATHARINA · RADISINIA
VIRG · IESVATA · COENOBI · Q · F · AD · TRINIT · AVG ·
HIC · SITA · EST
INGENIO·PRAESTITIT·OP·PHRYG·INDVSTRIE · FECIT
AEGROTATIONEM ·SEPTENNEM·FORTITER·DVRAVIT
V · A · L · M · II · D · XXII · OB · K · IVL · A · MDCCCXII
VINC · RADISINIVS · SAC·FRATER · P · CVM · LACRIMIS
AVE · ET · VALE · SOROR · PIISSIMA
ECQVANDO · IN · CAELIS · TE · REVISAM

(XI)

HIC · SITA · EST · ALMA · FELIX · BERTIA
VIRGO · IESVATA · COENOBI · Q · F · AD · TRINITATIS · AVG ·
PRAEFECTVRAM · MAGNA · SOROR · SVAR · ADPROBATIONE
GESSIT · V · A · LXXVII · OB · IN · PACE · XVIII · K · SEPT · A · MDCCCXII

(XII)

MARIAE · MATILDAE · PANCALDIAE
CVI · AGNOMEN · A · SACRO · CORDE · IESV
INTER · VIRGG · CARMELITID · EXCALCEAT · COENOBIOR.
QVAE · FVERE · CREMONAE · ET · BONONIAE
HONORE · PRAEFECTVRAE · SANCTISSIME · FVNCTAE
VIX · A · LXIII · OB · PRID · KAL · IAN · ANNO · MDCCCXII
VIRGINES · SODALES · VETERES
MAGISTRAE · VIRTVTVM · OMNIVM

(XIII)

H · S · E · LVDOVICA · PROSPERI · COM · F · ANTONINIA
VTINENSIS · CVI · INTER · VIRGINES · THERESIANAS
EXCALECEATAS · COENOBII · Q · F · AD · GABRIELIS
MARIA · SERAPHINA · A · TRINIT · AVG · NOMEN · FVIT
PRAEFECTVRAM · IN · EXEMPL · BIS · ADMINISTRAVIT
SACROSANCT · CORP · D · N · IES · ENIXE · VENERATA · EST
MODESTA · COMIS · ACCEPTA · OMNIB · VIXIT · A · LVIIII
DECESSIT · III · NON · FEBRVAR · A · MDCCCXIII
MARIA · THERESIA · SALA · VIRGO · SODALIS · FECIT

(XIIII)

H · S · E · MARIA · GERTRVDA · TONDELLIA
ANTIST·VIRGG·CISTERCIENS·COENOB·Q·F·AD·LEONARD·
MVNERA · VNIVERSA · ORD· SVI · NAVITER · SANCTEQ·
OBIVIT·COMITATE·LENITVD·BENIGNITATE · EMINVIT
VIX · A · LXXXVI · M·VI ·DEC·XII· K·MART·A·MDCCCXIII

(XV)

ROSALIAE · SCIPIONIS · COM . SEN · F ·
ELEPHANTVTIAE
VIRG · DOMINICIAN · COENOB · Q·F·AD·MAR·NOVAE
OFFICIIS · MAIORIBVS · EGREGIE · DEFVNCTAE
VIXIT · A · LXXXV · D · XX
PIA · COMIS · PROBATA · VNIVERSIS
DECESSIT · VII · K · AVG · A · MDCCCXIIII
ANT· CERETOLVS· ELEPHANTVTIVS· EQ· COM·
MATERTERAE
CAROLA · ELEPHANTVTIA
VIRGO · DOMINICIAN · COENOB · Q · F · AD · AGN ·
SORORI
MOERENTES · POSVERE

EPITAPHIA
SEPVLCRORVM COMMVNIVM

(I.)

IOSEPHO · CALEGARIO
CALCVLATORI
SCIENTISSIMO · PROBATISSIMO
QVI · VIXIT · A · LXXIII
OBIIT · IIII · KAL · SEXTILES ·
A · MDCCCVIII
ET · ANTONIAE · TARTARINIAE
VXORI · EIVS
FEMINAE · PIAE · CONSTANTI
QVAE · NATA · A · LIII
FASTIDIVM · DIVTVRNI · MORBI
SINE · QVESTV · PERPESSA
POST · MENS · VIII · DIES · XVIIII
MARITVM · SEQVVTA · EST
CALEGARII · FRATRES
ALOISIVS · ET · CAIETANVS
CVM · MARIA · SORORE
PARENTIBVS · AMANTISSIMIS
F · C ·



(II)

☧ HIC · SITI · SVNT ☧

ALOISIVS · IOSEPHI · F · RIZZOLIVS

ANNOR · XXIII

DOLOR · MARIAE · MAGD · MORESCHIAE · VXORIS

CVM · QVA · DVLCITER · VIXIT · A · III · M · VI · D · XI

OBIIT · XV · K · IAN · A · MDCCCI

ET · PETRONIVS · RIZZOLIVS · FRATER · EIVS

IVVENIS · PERITISSIMVS · ARITHMETICES

SPECTATISSIMVS · A · PROBITATE

QVI · VIXIT · A · XXV

DECESSIT · POSTRID · K · FEBR · A · MDCCCVIIII

(III)

HIC · SITA · EST

CANDIDA · ANTONII · F · PALLOTTA

FEMINA · PIENS · DOMISEDA

INIMICA · OTII · ET · VOLVPTATVM

QVAE · AGENS · A · XXXVIII

OBIIT · IN · PVERPERIO · XVII · K · IAN · A · MDCCCVIIII

CAROLVS · DAL · RE · MED ·

POSVIT · VXORI · MERITISSIMAE

ET · IOSEPHILLAE · FILIAE

BIMVLAE

POST · MENSES · TRES · MATREM · SVBSEQVVTAE

(IIII)

ANTONIO · PANCALDIO
ANNOR · LIII · MENS · VIIII · DIER · XVIII
QVI · DECESSIT · PRID . KAL · APRIL · A · MDCCCX
ET · PETRO · FILIO · EIVS
ANNOR · XXX · MENS · IIII · DIER · XVIIII
QVI · FATVM · PATRIS · ANTEVERTIT
MENSIB · IIII · DIEB · XI
IOSEPHVS · ET · BENEDICTVS
PATRI · ET · FRATRI · CARISSIMIS · P ·

(V)

☧ HIC · IACENT ☧
PETRVS · IOAN · BAPTISTAE · F · RONCA
AVRIFEX
ANNOR · XXI · Θ · XI · KAL · NOVEMBR · A · MDCCCX
ET · ANNA · SOROR · EIVS
QVAE · VIXIT · A · XXV
POST · DIES · V · FRATRIS · FATVM · SVBIIT
MARIA · MAGD · MARTELLIA
MATER
IOSEPHVS · RONCA
FRATER · QVI · ET · HERES · P · C ·
AVETE · PIAE · ANIMAE
VALETE · IN · PACE

t

(VI).

ALEXANDRO · SAVIOLIO
CVBICVLARIO · ET · CONSILIARIO
REGIS · BAVARIAE · MAXIMILIANI
PRAESIDI·MINORI·COLL·PHILOSOPHOR·MONACHIENS·
SODALI · PHILOSOPHO · HELMSTADIENSI
SODALI · LITTERARIO · ROBORETANO
VIX·A·LXVIIII·M·VII·DEC·III·ID·IVN·A·MDCCCXI
SAVIOLII · FRATRES
IOAN · LVCIVS · CAN · ET · HENRICVS
PATRI · AMANTISSIMO
ET · MEMORIAE
THERESIAE · WVNSCHWITZ
ET · MAXIMILIANAE · WERNER
MATRVM · CARISSIMARVM
IVSSV · EIVS

(VII)

SCARSELLIS · INFANTIBVS
DOMINICO·A·I·M·III·D·XVIII·Θ·ID·OCT·A·MDCCCVIII
GERTRVDAE·DIER·XII·Θ·V·KAL·IAN·A·MDCCCXI
ANNAE·A·I·M·VIII·D·XXVIII·Θ·XVII·K·OCT·A·MDCCCXII
CAESAR · ALEXANDER · SCARSELLIVS
CVM · ELISABETHA · TASSINARIA
FILIIS · CAELESTIBVS

(VIII)

☧ CAIETANO · MARZOCCHIO ☧
ANNOR · LXXXI · MENS · II · DIER · XVIII
Θ · POSTRID · NON · IAN · A · MDCCCX
PHILIPPVS · MARZOCCHIVS · ET · GERTRVDA · SOROR
F · PATRVO
ET · THERESIAE · FERRIAE
VXORI · EIVS
ANNOR · LXXXVII · MENS · V · DIER · III
Θ · XII · K · MART · A · MDCCCXIII
ANIMABVS · RELIGIOSISSIMIS · INNOCENTISSIMIS
HAVETE · O · QVI · NOS · A · PRIMA · AETATE · ORBOS
SVSCEPISTIS · EDVCAVISTIS
AMANTISSIME

(VIIII)

HIC · SITI · SVNT · BOLDRINII · FRATRES
IOSEPHVS · ET · IOACHIMVS · DOMINICI · F ·
HOMINES · VETERIS · INNOCENTIAE
VIXIT · IOSEPHVS · A · LXXVII
DECESSIT · VI · ID · MAIAS · A · MDCCCXIII
POST · MENSES · IIII · DIES · XXVI
AB · EXCESSV · IOACHIMI · NAT · ANNOS · LXXII
VINCENTIVS · BAROZZIVS · QVI · ET · BOLDRINIVS · SAC ·
IOSEPHI · HERES · EX · TESTAMENTO · F · C ·

(X)

ANTONIO · GALLETTO
ANNOR · LXXII · Θ · K · AVG · A · MDCCCXIII
IOSEPHVS · GALLETTVS
PATRI · ET · SIBI · ET · SVIS

(XI)

☧ IOSEPHO · CASTELLIO ☧
ANN·XX·RAPTO·EX·APOPLEX·VI·K·DEC·A·MDCCCXIII
DOMINICVS . CASTELLIVS
FECIT · FILIO · DESIDERATISSIMO
ET · SIBI
ET · VERONICAE · CHIARINIAE · CONIVGI
ET · CAROLINAE · ET · MARIAE · FILIAE ·
HEV · PRIOR · DECESSISTI · IOSEPHE
NOS · TE · QVO · DEVS · IVSSERIT · ORDINE
SEQVEMVR

(XII)

ZANCHETTIS · INFANTIBVS · BIMVLIS
RAPHAELI · ET · VERONICAE
DOMO · FERRARIA
CAROLVS · ZANCHETTVS · ET · AVRELIA · SCARSELLIA
FILIIS · DVLCISSIMIS
RAPHAEL · Θ · V · N · FEBR . A · MDCCCXIII
VORONICA · Θ · V · N · MART · A · MDCCCXIIII

(XIII)

ISABELLAE·ANGELI·COM·F·RANVTIAE
CONIVGI·☉·HERCVLIS·TANARII·EQVESTR·NOBILIT·
MATRONAE · EXEMPLI · COMMEMORABILIS
QVAE·MVLIEREM·FORT·HVIC·AETATI·REPRAESENTAVIT
VIX · A · LXXI · DEC · IIII . ID · APR · A · MDCCCXIIII
TANARIAE · DE · BOBVS · ELEONORA · ET · IVLIA
FECERVNT · MATRI · BENEMERENTISSIMAE
ET · SIBI · SVISQVE · POSTERISQVE · EORVM

(XIIII)

☧ CINERIBVS ☧
SALVATORIS · DOTTI
PHARMACOPOLAE
QVI·CHYMICAM·FEC·A·XXXX·IN·INSTIT·BONONIENS·
PERITIAMQ·SVAM·VIRIS·PRINCIPIB·MIRE·PROBAVIT
PIVS·VIX·A·LXXVII·DEC·PRID·N·MART·A·MDCCCXIII
ET · ANNAE · CORTELLINIAE · CONIVGIS
QVAE · IN · MATRIMONIO · EIVS·FVIT·A·XXXXVII
VIXIT · A · LXX · M · XI · D · XXIII
MATERFAMILIAS · PIA · PVDICA · SOLLERS
DECESSIT · POSTRID · N · IVLIAS · A . MDCCCXIIII
ROMVALDVS · IGNATIVS · DAVID · PHILIPPVS
CVM · IVLIA · SORORE
PARENTIBVS · OPTIMIS · POSVERE

(XV)

A ☧ Ω

FERDINANDO · FERRARESIO
ANNOR · LXIIII
AB · ADMISSIONIB · PRAEP · MVNICIP ·
Θ · KAL · NOVEMBRIB ·
A · MDCCCXIII
ET · IOSEPHAE
FILIAE · EIVS
ANNOR · XXXXIIII
Θ · IIII · NON · IANVARIAS
A · MDCCCXIIII
ANGELVS · FERRARESIVS
CVM · ANNA · CORAZZA
MATRE
P · PATRI · ET · SORORI
VOS · IN · PACE · ☧ · FACIAT

EPITAPHIA

SEPVLCRORVM INLATORVM

(I)

MONVMENTVM
QVOD
STEPHANVS · BARGELLINVS
IN · COENOBIO · FRATRVM · AVGVSTINIANOR ·
AD · AEDEM · MARIAE · MISERICORDIS
EXTRA · POMOERIVM
ANNO · MCCCCLXXXXVIII
OSSIBVS · SVIS · FIERI · IVSSERAT
ET · VINCENTIVS · BARGELLINVS · COM · SEN ·
AGNATVS · EIVS
NOVA · EXAEDIFICATIONE
INTERCLVSVM
OSSIBVS · ISDEM · RECOGNITIS
ANNO · MDCCXX
IN · CONSPECTIOREM · COENOBII · LOCVM
TRANSTVLERAT
FRATRIBVS · INDE · AMOTIS
COENOBIOQVE · PVBLICATO
HVC · INVECTVM
ANNO · MDCCCX

(II)

OSSA
FRATRVM · FRANCISCALIVM · CAPVLATORVM
EX · EORVM · COEMETERIO
POST · ANNOS · CCXXXXV
CVM · COENOBIO · ET · AEDE
PVBLICATO
PROFANVMQVE · IN · VSVM · ADDICTO
INLATA · A · MDCCCX
PIETATIS · CAVSSA

(III)

CAROLO · BROSCHIO · FARINELLIO
DOMO · ANDRIA · INCOLAE · BONONIENSI
A · REGE · HISPANIARVM · FERDINANDO · VI
INTER · EQVITES · ORETANOS · ADLECTO
QVI · OB · CANTVS · EXCELLENTIAM
LATE · PER · EVROPAM · INCLARVIT
IDEM · PROBVS · ERVDITVS · COMIS
IN · EXEMPLVM · PIVS · BENEFICVS
VIX · A · LXXVIII · DEC · XIIII · K · OCT · A · MDCCLXXXI
CAROLOTTA · PISANIA · LVCCIA · SORORIS · N ·
CINERIB · INLATIS · EX · AEDE
QVAE · FVIT · FRATRVM · FRANCISCAL · CAPVLATOR ·
A · MDCCCX · F · C ·

(IIII)

VICTORIAE · IOAN · BAPTISTAE · F · A · TVRRE
CONIVGI · Θ · PAVLLI · MONTEVENTI
FEMINAE · PIAE · PRVDENTI · BENIGNAE
FORTI · IN · ADVERSIS · MODESTAE · IN · SECVNDIS
QVAE · VIX · A · LXXXII · OB · XV · K · IAN · A · MDCCLXXXXVII
IOAN · BAPT · MONTEVENTIVS · SAC · DOCT · THEOL ·
MATRI · OPTIMAE · FECIT · III · K · NOV · A · MDCCCX
CINERIBVS · INLATIS · EX · AEDE
QVAE · FVIT · MARIAE · ANGELIANAE

(V)

MEMORIAE · ET · PIETATI
KAROLI · ROBERTI · ET · CATHARINAE · CANETVLAE
PARENTVM
ET · PHILIPPI · PATRVI
ET · ANGELAE · ET · GERTRVDAE · FRATRIS · FILIAR ·
ET · THERESIAE · CARBONIAE · FRATRIAE
IOSEPHVS · ROBERTIVS
KARMELITES · COENOBI · AD · AED · MARIAE · GRATIARVM
QVI · SODALIBVS · POSTREMVS · PRAEFVIT
CINERIBVS · INLATIS · EX · AEDE · EADEM
P · C · A · MDCCCX
VT · QVOS · VNA · COMPLEXA · EST · DOMVS
IDEM · CONDERET · SEPVLCRVM

(VI)

ANNO · MDCCCX
HVC · TRANSLATAE · SVNT
FRANCISCA · THERESIA · A · SANCTO · IOSEPHO.
ANNOR · LXXXII
Θ · A · MDCLXXXXVI
MARIA · FRANCISCA · A · SANCTO · ANGELO.
ANNOR · LXXII
Θ · A · MDCCXV
ANGELICA · THERESIA · A · SANCTO · ZAMA.
ANNOR · LXV
Θ · A · MDCCL
MARIA · SERAPHINA · A · SANCTISSIMA · TRINITATE.
ANNOR · XXXI
Θ · A · MDCCLXX
SORORES · THERESIANAE · COENOBII.
QVOD · FVIT · AD · GABRIELIS
MARIA · ANGELA · A · SACRA · FAMILIA.
ANNOR · P · M · LXXI
Θ · A · MDCCLV
MARIA · A · IESV.
ANNOR · LXX
Θ · A · MDCCLXXIII
SORORES · THERESIANAE · COENOBII
QVOD · FVIT · AD · IOSEPHI · ET · THERESIAE
QVARVM · VTRARVMQVE · CORPORA
INCORRVPTA · SVNT.

(VII)

A ☧ Ω

ANTONIO · MARIAE · PADOVANIO
FABRO · MVRALI
HOMINI · INNOCENTISSIMO
QVI · EXPERS · LITTERARVM
VTI · FAMA · TRADITVM
DE · DEO · DIVINISQVE · REBVS
MIRA · PANXIT
MATRONAE · GRAVITER · AEGROTANTI
SANITATEM · CAELITVS · IMPETRAVIT
FVTVRA · PRAEDIXIT
AD · CRVCEM · ORANS
AB · ANGELO · CORONARI
CONSPECTVS · EST
VIXIT · A · LXV
DECESSIT · POSTRID · ID · APRIL ·
A · MDCXXXXVIIII
CORPVS · ARTIFICVM · AD · MARIAE · NIVALIS
CINERIBVS · INLATIS
EX · AEDE
QVAE · FVIT · CAELITVM · VNIVERSORVM
F · C · A · MDCCCXI
SODALI · VETERI · SANCTISSIMO
VIRTVTIS · CAVSSA
ET · IN · SPEM · OPIS
NON · DEFVTVRAE

(VIII)

OSSA

FRATRVM·FRANCISCALIVM·REFORMATORVM

EORVMQVE

QVI · BENE · DE · COENOBIO · MERVERVNT

INLATA · A · MDCCCXII

EX · AEDE

QVAE · FVIT · PAVLLI · APOST · IN · MONTE

(VIIII)

CAESAR · MARSILIVS · SEN ·

ANNOR · LXVI · Θ · X · K · IAN · A · MDCCLXXV

HELENA · MARISCOTTA · C · F ·

VXOR · Θ · PHILIPPI · MARSILII

ANNOR · LXIIII · Θ · K · IAN · A · MDCCCIII

HIC · SITI · SVNT

ALOISIVS · MARSILIVS · QVI · ET · DVGLIOLIVS

FECIT · A · MDCCCXII

SOBRINO · ET · MATRI

ET · MARIAE · BARBARINIAE · DVGLIOLIAE

VRBANI · VIII · P · M · FRATRIS · F ·

CAETERISQ · DVGLIOLIIS

INLATIS · CINERIBVS

EX · AEDE

QVAE · FVIT · FRATR · FRANCISCAL · REFORMATOR.

(x)

LOCVS · SEPVLTVRAE
CAMILLI · ACHILLIS · F · GRASSII
Θ · VI · ID · OCTOBR ·
A · MDCCLIII
ACHILLIS · CAROLI · F · GRASSII
Θ · XII · KAL · AVG ·
A · MDCCLX
CAROLI · PARIDIS · F · GRASSII
Θ · III · KAL · SEPTEMBR ·
A · MDCCLXXVI
IOAN · BAPTISTAE · GRASSII
Θ · XIII · KAL · OCTOBR ·
A · MDCCLXXXXVII
ANTONII · CAMILLI · F · GRASSII
ABBAT · OLIVETANI
Θ · PRID · NON · NOVEMBR ·
A · MDCCLXXXXVIII
CATHARINAE · TOMASETTAE · GRASSIAE
Θ · PRID · ID · APRIL ·
A · MDCCCII
QVORVM · CINERES · INLATI · SVNT
EX · AEDE
QVAE · FVIT · FRATRVM · FRANCISCAL · REFORMATOR ·
CAMILLVS · GRASSIVS
AGNATIS · ET · MATRI
F · C ·

(XI)

CODINII · FRATRES · IOSEPHVS · MED · ET · ALOISIVS
INLATIS · CINERIBVS · MATRIS · ET · SORORIS
ET · IOSEPHA · ZONIA
VXOR · Θ · AVGVSTINI · CODINII
VTERO · GRAVIS
TVTRIX · FILIORVM · QVATVOR
INLATIS · CINERIBVS · MARITI · ET · FILIAE
FECERVNT · SIBI · SVISQVE

(XII)

FRANCISCO · ANTONIO · VNGARELLIO
ANNOR · LXXV · Θ · VIII · K · SEPT · A · MDCCCII
ANNAE · SPINELLIAE · VXORI · EIVS
ANNOR · LXVII · Θ · V · ID · FEBRVAR · A · MDCCC
MARIANNAE · VNGARELLIAE
QVAE · ET · CERIOLIA · ET · VENTVROLIA
ANNOR · XXXV · Θ · VI · ID · SEPT · A · MDCCLXXXXIIII
IACOBO · PHILIPPO · VNGARELLIO
ANNOR · XXXXII · Θ · XVI · K · APR · A · MDCCCXII
IOSEPHVS · ANTONIVS · VNGARELLIVS
FECIT · PARENTIBVS · ET · SORORI · ET · FRATRI
ET · SIBI
INLATIS · CINERIBVS · MATRIS · SORORISQVE
EX · AEDE · SACROSANCTI · CORPORIS · IESV

(XIII)

ZACHARIAS · BANTIVS
SEPVLCRVM · VXSORIS · CARISSIMAE
E · SOLO · PECVNIA · SVA · EMPTO
PORTAE · APERIVNDAE · CAVSSA
TRANSLATVM
NOVO · CVLTV · EXORNANDVM
CVRAVIT · A · MDCCCXIII

(XIIII)

ALEXANDRO · ZAMBECCARIO
VIRO · PATRICIA · NOBILITATE
DVCTORI · MILITVM · TERRA · MARIQVE · CLARISSIMO
VICTORIA · RVSCELLAIA
CONIVGI · PIENTISSIMO · INCOMPARABILI
P · A · MDLXXI
DIAMANTE · NEGRINIA · ZAMBECCARIA
ET · FILII · TRES
INFERENDVM · CVRAVERE · A · MDCCCXIII
EX · AEDE · QVAE · FVIT · FRANCISCI · ASISINATIS
EFFIGIE · ET · CINERIBVS · SVPERADDITIS
FRANCISCI · IOANNIS · COM · F · ZAMBECCARII
SVBPRAEF · NAVIS · IN · CLASS · HISPANIC · ET · RVTHEN ·
MATHEMATICI · ET · AERONAVTAE
MARITI · ET · PATRIS · CARISSIMI

(XV)

HIC · SITVS · EST
IGNATIVS · MELLINIVS · SAC ·
ADLECTVS·INTER·FRATRES·FRANCISCAL· CAPVLATOS
QVI · FVERE · BONONIAE · EXTRA · POMOERIVM
PRAEFVIT·A·V· HOSPIT·REGIO·OLISIPONENS· ORD· SVI
PROVINCIAS · SARDINIAE · INSVLAE
CENSOR · SODALIVM · RITE · OBIVIT
SACRAS·EXPEDITIONES·ET·CONCIONES·QVADRAGENAR·
PER · ITALIAM · EGIT
VIXIT · A · LXIII · M · VIII · D · XXVIIII
OMNIBVS · MVNERIBVS · SANCTE · PERFVNCTVS
DECESSIT · IIII · ID · MAIAS · A · MDCCCXII
ANTONIVS · ET · GEORGIVS · ET · ALOISIVS · SAC ·
FRATRI · PIENTISSIMO · CARISSIMO · F · C ·
MON · INLATVM · X · KAL · QVINT · A · MDCCCXIIII
EX · COEMETERIO · AEDIS · MARIANAE · AD · CASAGLIAM
CVRA · ET · IMPENSA · ALOISII · MELLINII · SAC ·
HONORIS · PIETATISQVE · CAVSSA

EPITAPHIA POETICA

(I)

☧ IOSEPHO · BIGATTO ☧
HOMINI · HONESTISSIMO
QVI · VIXIT · A · LXIIII
DECESSIT · POSTRID . ID · FEBRVAR · A · MDCCCVIIII
DANIELA · POLLACCO
VXOR
CVM · LACRIMIS
NVMINIS·OBTVTV·FRVERIS·IAM·QVI·OPTIME·CONIVX
PROTINVS · OH · TECVM · FAXIS · ET · IPSA · FRVAR

(II)

☧ ALOISIO · GIROLDELLIO ☧
ANNOR · XII · MENS · III · DIER · VIII
ABREPTO · IDIB · MARTIIS · A · MDCCCVIIII
PETRVS · GIROLDELLIVS
CVM · GERTRVDA · MORANIA
FILIO · INNOCENTISSIMO
FORTVNATE · PVER · QVEM · NON · TETERRIMA · CEPIT
FRAVS · SATANAE · MVNDI · NEVE · LVES · TETIGIT
VERVM · INTENTATVS · CELERIS · DISCRIMINE · VITAE
ALTER · CAELIGENVM · PENNIGER · ASTRA · PETIS

(III)

☧ GERTRVDAE ☧

INFANTI

ANGELVS · BERSANVS

CVM · THERESIA · TRIACHINIA · VXORE

POSVIT · FILIOLAE · DVLCISSIMAE

QVAE · VIXIT · D · VI · H · XVII

DECESSIT · XII · K · APRIL · A · MDCCCVIIII

QVAE · TE · GNATA · MEO · POTVI · LACTARE · PERICLO
MENE · ERGO · MATREM · LINQVERE · NON · DVBITAS
HAVD · VLTRO · LIQVI · SED · IVSSA · ABII · ASTRAQVE · NVNC · ME
PRO · LACTE · ADSPICIVNT · PASCIER · AMBROSIA

(IIII)

MARIAE · LVCRETIAE · MALDINIAE

PETRVS · MALDINIVS

CVM · IACOBA · MANARESIA · CONIVGE

FECIT · FILIOLAE · BELLVLAE

SCITVLAE · FESTIVAE

VIXIT · A · I · M · I · D · XV

OBIIT · POSTRID · N · IAN · A · MDCCCX

FLOS · FVERAS · NATA · ET · VELVTI · FLOS · INTERIISTI
FALLOR · NAMQVE · HORTO · VIVIS · IN · AETHERIO
HAVD · HIEMEM · PASSVRA · INTER · VIOLASQVE · ROSASQVE
OH · FELIX · QVANTVM · CONSITA · PERPETVAS

(V)

CATHARINAE · IORIAE

CLARA · IORIA · GHIRELLIA

SORORI · AMANTISSIMAE

AH·VALE·IAM·MORIENS·SOROR·O·DVLCISSIMA·DIXTI

HEV·FVNCTAE·AETERNVM·NVNC·TIBI·REDDO·VALE

VIXIT · A · XXII

DECESSIT · VI · ID · IVNIAS

ANNO · MDCCCX

(VI)

CAESARI · MILZETTO

INFANTI · BIMVLO

QVI . DECESSIT . POSTRID · KAL · SEXTILES

A · M · DCCC · X

FRANCISCVS · MILZETTVS

ET · HYACINTHA · MARCHETTA

PARENTES

E·CAELO·VENIT·PETIIT·CAELVM·ILLICO·DIGNVS

CAELESTI · PVERO · NON · ERAT · HICCE · LOCVS

(VII)

☧ HENRICILLAE ☧

INFANTVLAE · MENS · III · DIER · XXIII

ALOISIVS · BOLOGNA

ET · MARIANNA · LOCATELLIA

PARENTES · F ·

RAPTA · EST · VI · ID · MAIAS · A · MDCCCXI

O·MIHI·IVCVNDI·O·QVOS·LINQVO·VALETE·PARENTES

QVAM · NIMIVM · A · VOBIS · COGOR · ABIRE · PROCVL

(VIII)

PAVLLO · AEMILIO

INFANTI

VNCIOLAE · AD · LAVINVM · MEDIVM

LACTENTI

QVI · NATVS · DIES · XVII · HORAS · IIII

OBIIT · III · KAL · APRIL ·

A · MDCCCXI

ANT · SANTIVS · FRAVOLINIVS · DOCT · IVR ·

FILIOLO · OPTATISSIMO

QVEM · MARIANNA · DALBELLO

MATER

DOLORE · INSOLABILI · PROSEQVITVR

NVTRIX·PROH·DVRVM·RAPVIT·MEO·AB·VBERE·NATVM

NATVM · MORS · MIHI · PROH · DVRIVS · ECCE · RAPIT

(VIIII)

☧

BERNARDO · IOSEPHI · F · GAMBERINIO
DOCTORI · IVRIS · CIVILIS · ET · CRIMINALIS
CAVSSIDICO · DESIGNATO
QVI · VIXIT · A · XXXII · M · I · D · IIII
DECESSIT · XII · KAL · MART · A · MDCCCXII
CAELESTINA · LISIA
HERES · VSVFRVCTVARIA
SPONSA · EIVS
NON·TVA·QVAE·FVERANT·MIHI·TE·OBVENIRE·VOLEBAM
TE · SINE · QVID · MISERAM · VEL · TVA · DONA · IVVENT

(X)

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
MARIAE · BRADAMANTES
INFANTIS
QVAE · CAESO · MATRIS · VTERO
NATA · III · ID · MAIAS · A · MDCCCXII ·
POST · H · DIMIDIAM · DECESSIT
IACOBVS · BECCATELLVS · GRIMALDIVS
ET · VIOLANTE · BOVIA
PARENTES
AVT·MATRI·AVT·GNATAE·EST·OBEVNDVM·GNATAQVE.OBIVIT
SCILICET · VT · DE · ANNIS · VIVERET · ILLA · SVIS

(XI)

☧ CAIETANO ☧

INFANTI

ANGELVS · MICHAEL · GVASTAVILLANVS

CVM · VIRGINIA · MERENDONIA

VXORE

FECIT · FILIO · QVADRIMESTRI

QVI · RAPTVS · EST · VI · ID · IVN · A · MDCCCXII

VALE · MI · ANIMVLE · MEA · VITA

MEA · FESTIVITAS

SPARGE·ROSAS·HYACINTHOSQVE·HOSPES·SPARGE·AMARANTHOS

RECTE · FLORE · LITAS · FLOSCVLVS · ILLE · FVIT

(XII)

VINCENTIO · GALATEO

DOMO · VTINO

QVI · NATVS · BRIXIAE · OBIIT · BONONIAE

IIII · N · DECEMBR · A · MDCCCXII · AGENS · A · XIIII

ANTONIVS · GALATEVS · EQ ·

ET · VIRGINIA · MALAGVGINIA

PARENTES

CREMONAM · CONCESSVRI

F ·

LINQVIMVS·AT·TVA·NON·OMNES·HEV·LINQVIMVS·ARVA

FELSINA · PARS · TECVM · MAXIMA · NOSTRA · MANET

(XIII)

A ☧ Ω

MEMORIAE · ET · CINERIBVS
IOANNIS · BAPTISTAE · GRASSELLII
DOMO · REGIO · LEPIDI
ANNOR · XVIII
COOPTATI · IN · CORPVS · DISCIPVLOR · ARCHIGYMN ·
IVRISPRVDENTIAE · ADDISCENDAE
ADOLESCENTIS · MORVM · SVAVISSIMORVM
DVPLICI · PVGIONIS · ICTV
EX · INSIDIIS · INTERFECTI
III · ID · MAIAS · A · MDCCCXIII
CONDISCIPVLI
CASVM · TETERRIMVM · COMPLORANTES
F · C ·

INTEGER · ANNORVM · MORVM · INTEGER · INGENIOSVS
ABLATVS · SVBITO · EST · ET · PATRIAE · ET · DOMVI
HEV · PATREM · HEV · MATREM · FRATREMQVE · HEV · VOSQVE · SORORES
VOSQVE · SODALES · HEV · PERCVLIT · VNA · MANVS
STET · CARVM · NOMEN · TVMVLO · DEFLETA · QVIESCANT
OSSA · ANIMA · INSIDEAT · CANDIDA · SIDERIBVS

(XIIII)

CLOELIAE · MARIAE · GAVDENTIAE
PVELLAE · ANNOR · III · MENS · IIII · DIER · XIII
FORMOSVLAE·DOCILI·INGENIOSAE·PRAETER·AETATE M
VARIOLAR · VI · ABSVMPTAE·V· K· NOV· A· MDCCCXIIII
PHIL·GAVDENTIVS·ADV·CVM·IOANNA·PARASISIA·CON·
FILIAE · CARISSIMAE

MORS·ADERAT· MATREM·TELO· PETITVRA · CRVENTO
ME · PETIIT · MATRI · PARCERE · QVAM · MELIVS

(XV)

CAMILLVS · ZAMBECCARIVS
INFANS · DIER · XI · HORAR · V
RAPTVS · VI · K · IAN · ANNO · MDCCCXIIII
HIC · SITVS · SVM

QVAE·INSONTVM·CAELO·NATALEM·INSTAVRAT·HONOREM
INFANTVM · ALMA · DIES · ME · VEHIT · AD · SVPEROS
CREDE · PATER ·GNATO · ET · TV · MATER · LAETIOR ·VLLA
NON · EST · INFANTI · QVA · PETAT · ASTRA · DIES

IACOBVS · ZAMBECCARIVS · ET · MARIANNA · BOSCOLA
MARCHIONES
FECERVNT · FILIO · VNICO · DESIDERATISSIMO

NOMINA EORVM

QVORVM EPITAPHIA

IN SINGVLIS LIBELLI PAGINIS CONTINENTVR

S

PHILIPPVS SCHIASSIVS

IOAN. BAPTISTAE CANTERZANO DOCT. PHIL.

S · P · D ·

Nescio enimvero, Canterzane mi suavissime, quî factum sit, quod cum inscriptionum Cœmeterii nostri Specimen alterum editurus cunctas recognoscerem, inscriptionemque Theresiæ sororis tuæ cum multis jam delegissem, atque in schedula non secus ac reliquas descripsissem, ut singulas apto ordine collocarem, ea una de loco suo, de manibus, de oculis (dicam etiam amplius; quid enim dissimulem?) de memoria exciderit, neque id ante agnoverim, quam typis liber impressus esset ad calcem usque. Cum enim eorum nomina, quorum inscriptiones inserueram, in indicem ordinarem, sensi tunc primum, miratusque sum inscriptionem deesse sororis tuæ. Quid dixi miratum esse me? Oculis haud fidem adhibebam meis, quod illam non cernerent. Attamen sic se res habuit. Dicere autem vix possum, quam id ægre tulerim, immo quam erubuerim, quam mihi ipse succensuerim. Siccine ego diligens in re, in qua diligentiam abs me adhibitam

maximam præ me ferebam? quid in iis præstem, in quibus fuerim indiligens? Me ne vero oblivisci, quæ sororem tuam, atque adeo quæ te, quæ summum virum patrem tuum attingunt? Vltro equidem fateor; quo me excusem, nihil video. Id unum ajo, atque confirmo, sic me rei pudere, ut nesciam, an umquam magis. Quando vero alia huic malo medicina adhiberi nulla potest, constitui inscriptionem ipsam seorsim editam ad te mittere, quam si velis, cæteris subtexas; teque vehementer rogare, uti mihi ignoscas, neque prætermissionis hujus caussa (quandoquidem eam fato quodam potius dixerim, quam voluntatis culpa accidisse) benevolentiæ in me tuæ, mihi ita vivam carissimæ, atque optatissimæ, quidquam detrahas. De quo quidem sic te oro, obtestorque, ut majori studio non possim. Gratius vero nihil feceris, quam si exoratum te significaveris. Vale; patremque tuum, non patriæ solum, sed Italiæ universæ lumen, meis verbis etiam atque etiam velim salvere jubeas. Iterum vale.

VI. id Majas A. MDCCCXV.

A ☧ Ω

THERESIAE · SEBASTIANI · EQ · F ·
CANTERZANAE
VXORI · Θ · ALOISII · ZANOTTI · PHIL · MED ·
FEMINAE · SOLLERTIA · ET · PIETATE
PROBATISSIMAE
QVAE · VIXIT · A · XXXVI · M · VI · D · XVIIII
OBIIT · XIIII · K · IAN · A · MDCCCVIIII
IVNIPERA · ZANOTTA
PER · IOAN · BAPTISTAM · CANTERZANVM · PHIL ·
AVVNCVLVM · ET · TVTOREM
MATRI · FECIT